6
21-g
49

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
24 A
7

Bibliotheca
i Coll. Rom.
ociet. Jesu

21-C-17

~~6 – 27 1/8~~

6 – 21 5/9

Digitized by Google

Digitized by Google



Bibl. Soc. Coll. Rom. Soc. Jesu
BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

ILLVST.mo ET REVERENDISS.mo

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

# PRINCIPI, ET DOMINO
# D. FRANCISCO
Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.
## CARDINALI BARBERINO.

*D. VINCENTIVS RENERIVS*
*Genuenſis Oliuetanus F. P.*

VRBEM Solymam, quam potentiſſimi Romanorum Imperij arbiter Itali-co impetu, & flammis Titus deuaſtauit, dum Heroico carmine redintegrare contendo; Ne nouo potius ignium ardore, quàm laudum luce illuſtretur, mutuato tui nominis lumine ab vmbris proferre non dubitaui; Squallidam equidem fateor, & quæ



Digitized by Google

tantis bellorum, e ruinis decenter ſuperſtes incedat; Sed & de re funebri funeſtam canere noctis auem, non penitus indecorum: forſitan, cum Patrucis Ottomannicę cornua Lunæ imperterritus retundet, & fugabit, lætus inter Pegaſeos apparere gloriabor olores: Nec equidem temerariæ notam audaciæ conſequuturum me arbitror, quod ea quæ vix vicenis natus, & integer annis decantaui, tibi ſacrare non vereor; ſumendum enim erat ab Ioue principium, & matutinis etiam floribus maius plerumq; aliquid gratiæ ineſt, & decoris effulget; Libenter munus accipe, quodcumq; fuerit, nec me, vt ab aliorum dicacitatibus tueare deſidero, quandoquidem, & latrantibus latrare non timeo, & recte cenſurantibus gratias agam. Vale.

Digitized by Google

# TOTIVS
# POEMATIS
## ARGVMENTVM

*Ex Flauij Ioſeph de bello Iudaico Hiſtoria.*

NERO Claudius Romanorum Imperator, vbi res Cæſtij apud tumultuãtem Iudæam nõ proſpere geſtas accepit; Cum intra ſe deliberaret cui nam motum crederet Orientis, qui & Iudæos re-

bellantes vlciſceretur, & proximas illis nationes ſimili morbo correptas pacaret; Solum Veſpaſianum Flauium tanto oneri parem, & qui tanti poſſet belli magnitudinem ſubſtinere inuenit, virum à teneris vnguiculis vſque ad ſenectam media inter arma verſatum, qui & patri Claudio Cæſari præſtiterat vt ſine proprio labore triumpharet. Hunc ergo in Syriam ad Romanorum mittit regendos exercitus, blandimentis animatum, & muneribus, artes, quas illum metus, & neceſſitas ediſcere compulerant; ille autem vnà cum Tito filio diſcedens ex Achaia, vbi cum Nerone fuerat tranſmiſſus ad Helleſpontum, terreno itinere Syriam peruenit; nato autem in Alexandriam directo quintam, & decimam legiones omnium ſtrenuiſſimas imperat in Solymos mouere, qui citiùs, quàm per hyemem ſperabatur, digreſſus in Ptolemaidem patri adiungitur, ibiq; exercitu ordinato, Placidum (qui et *Sãctus* fuit Euſtachius Martyrij palma vnà cum filijs Theopiſto, & Agapio ſub Hadriani imperio

perio decoratus )in Galilæam præmittit, eum breui toto exercitu, & bellicis molibus ſequuturus; ad cuius tandem confinia ingreſſus, ibi poſitis caſtris ſpatium hoſtibus pœnitudinis, ſi quis ante prælium voluntatem mutaret, indulſit; Vbi cum non parum perfeciſſet, Gadarenſium ciuitatem primam, quod eam bellatoribus vacuam inueniſſet agreſſus, primo impetu capit, & funditus euerſam ſuccendit. Deinde Iotapatenorum vrbem, quadraginta ſex amplius dierum ſpatio obſeſſam; Imperij Neronis anno decimo tertio, Kalendis Iulij, inſperato caſu, quod hoſtes ſomno correptos inuenerat, debellatam euertit, quadraginta millia hominum in eodem conflictu longè, lateq; diſperſis, accidit autem vt dum eam ingenti premeret obſidione, Traianus, vnà cum Tito filio Aphaca ciuitatem deuaſtarent; Multis itaq; & prope, & longe ab Hieruſalem ſtrenuè peractis; Othone Syluio, Auloq; Vitellio in Heſperia totis viribus de ſupremo Imperio decertantibus, exercitus qui degebant in

Syria, quod ægre ferrent, milites in delitijs Occidentis conſtitutos, omnem ſibi in eligendo ſummo Imperij Principe authoritatẽ aſſumere, Veſpaſianum fruſtra diù reluctantem Imperatorem acclamant eumq; adhibitis etiam gladiorũ minis, quod occiderent, ſi dignus vt erat, viuere recuſaret, ad ſupremum totius orbis, & Romanæ Reipublicæ regimen impellũt. Quò circa res ille prius Alexandrinas procurandas exiſtimans, quippe qui ſciebat Aegyptum, propter meſſes innumeras magnam eſſe partem Imperij, inde digreſſus totius breui Niloticę Regionis, Tiberij Alexandri Alexandriæ Præfecti auxilio potitur, ibiq, nuncijs de Vitelij nece receptis, firmato tãdem totius orbis Imperio, Flauium Titum Veſpaſianum filium ad reliquias Iudææ adipiſcendas, Romã profecturus emittit; Ille autem ex Alexãdria Nicopolim tranſmiſſus, deinde Cæſareã profectus, Amauſq, trãſacto, totius in conſpectu Hyeruſalem validiſſimo Romanorum exercitu redimitus apparuit; Vbi primo in ingreſſu Hebræorũ

cuneis

cuneis inſtātibus tāta virtute, tāto animi ardore Auſonios cedētes ſubſtinuit, vt totius vno pectore agminis ſalutē cōparauerit, Ibiq; ad Aquilonios poſtes aciebus diſpoſitis, vario obſidionis impetu ciuitatē agreſſam, die tandē Maij quintadecima, primo murorū ordine ſuperato metuendus inuadit, quintaq; luce elapſa, reliqua moenium theatra ingreſſus, vrbiſq; potitus, necibuſq; interdictis ( Si penitentia moti hoſtes præliare ceſſarēt) illis reſiſtentibus adhuc tēplum agreditur, variaſq; vndiq; arces arietibus admotis ad terram euertit, vbi illud accidit memorandum, quod quā plurimi Romanorū armiferi, ignibus clā in porticu tēpli ſuſcitatis, aut ad mortē fuerint ab hoſtibus vulnerati, aut rapacibus necati flammis occubuerint; varijs deniq. peractis incurſionibus, milite tedā in tēpli feneſtrā eiaculante, phanū eodē inuito ſuccenditur, tota vrbs ardētibus rogis euertitur, & anno tandē Imperij Veſpaſiani patris ſecundo, die menſis Septēbris octaua ad ſolum præcipitata diruitur, annis ab ipſius conditione 1627. elapſis; relictiſq; turribus,

Digitized by Google

Phaſello tantùm, Hyppico, & Marianne, eaq; muri parte, quæ ciuitatem ab Oriente circundat, vt ſignum poſteris foret, qualem, quantoq. munitam ciuitatem Romani virtus ſubiugaſſet exercitus.

Digitized by Google

## LECTORI.

SVme, nec incultas visu aſpernare ſeuero,
Quas dedit armidicas Barbara Muſa notas,
Nonus ab vndecimo vix dum mihi clauditur annus,
Denaq bis croceas fudit ariſta comas.
Neu iuuenem carpas: veniam pro laude requiro:
Tempore plura feres conſpicienda ſuo.

D. Vinc. Ren: Gen. Ord. S. Bened.
M. Oliu.

Digitized by Google

# De expugnatione Hieruſalem ex Sacra Scriptura.

*Iſaias Cap. I.*

TErra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni: regionem veſtram coram vobis alieni deuorant, & deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili: Et derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario.

*De 3. Regum Cap. VIIII.*

AVfferam Iſrael de ſuperficie terræ, quam dedi eis, & templum quod ſanctificaui nomini meo, proiciam à conſpectù meo, eritquæ Iſrael in prouerbium, & in fabulam cunctis populis, & domus hæc erit in exemplum: omnis, qui tranſierit per eam

Digitized by Google

eam ſtupebit, & ſibilabit, & dicet: Quare fecit Dominus ſic terræ huic? & reſpondebunt: quia dereliquerunt Dominum Deum ſuum, qui eduxit patres eorum de terra Aegypti, &c.

*Lucæ Cap. XVIIII.*

SI cognouiſſes, & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coanguſtabunt te vndiq; & ad terram proſternent te, & filios tuos, qui in te ſunt: & non relinquẽt in te lapidem ſuper lapidem: eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ, &c.

Digitized by Google

Digitized by Google

Fr. Paulus Nic. vidit, nihil contra ſid. nec contra bonos mores inuenit, ſi placet Illuſtriſs & Reuerendiſs. D. Card. Epiſc. Mac. Imprimatur.

Imprimatur.

Antonius Franciſcus Pelicanus Prothonotarius Apoſt. Vic. & Audit. Gener. Illuſtriſs. Card. Epiſc. Macer.

Imprimatur.

Fr. Ang. Ludouicus de Bon. lect. & Vic. S. Officij Maceratæ.

Digitized by Google

Digitized by Google

# EXPVGNATÆ HIERVSALEM

## LIBER PRIMVS.

*Authore D. VINCENTIO RENERIO Genuenſe Ordinis S. Benedicti Monacho Oliuetano.*

## ARGVMENTVM.

Æquore iactantur Latij, & Syra littora tangunt.

*OENOTRIOS proceres, fractumq. potentibus armis*
*Turbatorem Aſię, et magnos memorare labores,*
*Mens pridē cōcuſſa calet, quum Dardana muros*
*Præpetibus rapuere Syon incendia ramis,*
*Martia quum Solymis bella inſpirauit Enyo,*
*Æraq; Idumæis ſtrepuerunt Itala campis.*



Digitized by Google

*Tu verum Regina potens, rutilantior aſtris,*
*Authoremq. enixa tuum, cui ſydera cæli*
*Vndantes ceruice comas, & eburnea cingunt*
*Tempora, inaſſuetos armis Dea reſpice cantus*
*Tu Superum comitata choris, metuenda Baratrho,*
*Vatis ab Empireis cordi Dea ſedibus ignes*
*Spira age cæleſtes, & parua ſonantibus æquor*
*Armatum ſcopulis late mea tranſigat alnus.*
*Iamq Paleſtinas ſpumanti remige terras,*
*Dardana de Pharijs ſoluens retinacula ripis,*
*Claſſis adit: ſtupet innumeras Tethis humida pinus,*
*Et ſonitum Syrtes, & inania ſaxa fragorem,*
*Concauaq. vndoſi murmur Ducis antra reuoluunt,*
*Quare Acherontæis virgo ſata nocte ſub vmbris.*
*Alecto aduertit vultus: forte anguibus amnem*
*Sugere Tartarei capitis permiſerat Orci,*
*Vtq. aderat reſoluta comas, ſic verticis hidros*
*Colligit errantes, rigidiq ſylentia Ditis*
*Linquit, & occurſu Dominæ graue olentis Auerni*
*Vulgus iners, vmbræq. pauent, gens nigra ſeueri*
*Principis, infandæq. acies: & monſtra Baratrhi*
*Conueniunt comitatam feram, cui turbida flammis*
*Lumina triſte micant; gelidæ ceruicis echidnæ.*
*Colla cadunt, humeroſq. ſuper, tenet horrida faucis*
*Igneus antra vapor, Lipare vt Vulcania cælo*
*Tollit inexhauſtis ſinuoſa volumina ramis.*
*Immanes quatit illa manus, quarum altera tæda,*
*Altera cæruleis armata draconibus auras*

*Ver-*

Digitized by Google

*Verberat, & ſocios nigrę cutis exerit angues.*
*Eſt locus Infernis vbi fulgurat Ætna caminis,*
*Sulphureos exhalat iners vbi rupibus ęſtus*
*Late Acheron, ſimulachra tenent hęc luce carẽtum*
*Luſtra, et inardentes thalamos arcanaq. Ditis*
*Agmine teſqua replent, locus accipit iſte, nec vlli*
*Eſt remeare datum, ſuperaſue aſcendere ad auras.*
*Arripit hac notum, Stygia de valle reſurgens,*
*Turba iter exiliens, totumq hic Martę Latino*
*Feruere Neptunum galeiſq. ardere decoris*
*Aequora flammiuomis Alecto inſpexit ab antris,*
*Fumanteſq globos admiſcens vocibus, altum*
*Eſt ſic orſa loqui: Me ne hic requieſcere victam,*
*Tartarei proceres, centum cui culta Sabęis,*
*Vnde venit Titan, & qua ſinuantibus vndis*
*Nereos abdit equos, altaria thuribus halant?*
*Longum ita torpentes longum patiemur inultè,*
*Auſonios ardere rogos, ardere Latinas*
*In Syriæ mea regna faces, arcemq. meorum*
*Comprimet Imperio, victę dominabitur vrbi*
*Roma, iugum excuſſura meum, excuſſura cathenas?*
*Ah prhoibete nefas, claſſem hęc obnixa frementi*
*Marte premẽs inuicta manus, maria alta reuoluens,*
*Fluctibus in medijs vela oppugnabit, & axes.*
*Nec liceat tantis, eſto, choibere ruinis*
*Dardaniam rabiem, Latijq. furentibus armis*
*Præcipites frenare gradus, tamen ęquoris iram*
*Iuuerit, & rapidas pelagi obiectaſſe procellas.*

*Quãdoquidem Inferni Manes pugnauimus olim*
*Empyream in ſedem, cornuq. agitata minaci*
*Aurea ſyderei tremuere palatia regni,*
*Talia turbato verſans dira Eumenis ore,*
*Aeoliamq. venit, Regemq. his vocibus vltro*
*Affatur, poſtrema Deûm o ſpes magna ſeueri*
*Aeole Plutonis, procul hinc mihi nauigat alto*
*Gens aduerſa mari, Solymęq. adlabitur oras,*
*Atq. ego Tartarei maior Regina Barathri,*
*Cũ procul eſt Hecate, dira hac cũ gẽte tot annis*

Nerone Imperat. Veſpaſianus primum dimicauit in Siriã.

*Bella amens moueo, nec ſat quod aduſſerit omnes*
*Veſpaſianus opes circum, atq. ingentia ferro*
*Regna Paleſtinę validaſq. euerterit arces,*
*Ni fremat, & Titus? quiſquãne Acherõta verẽdũ*
*Pręterea, numenq. pauens Plutonis adoret?*
*Rũpe age clauſtra Notis, rigidaſq. exolue catenas*
*Syrtibus Auſonias rabidis allide carinas,*
*Et rerum ſubuerte fidem: ſic fata repente*
*Conſtitit, & totos ſerpentum erexit hyatus.*
*Ille autem aduerſum ferrata cuſpide montem*
*Impulit ad lęuam, ventiſq. immiſit habenas.*
*Nec procul ecce polis ardenti fulgidus auro,*
*Funereum accinctus ferrum nimboſus Orion*
*Surgit, & ex imo ponti ciet ęquora fundo,*
*Sęua per anfractus. aſſueti carceris vndis*
*Incubuere phalanx, tempeſtateſq. ſonoras*
*Qua via facta ferunt, nigrum per inane tumentes*
*Apparent nimborum acies, & turbine terras,*

*Aethe-*

Digitized by Google

*Aetheraq. vmbratū, et pelagi vada ſalſa reuoluūt.*
*Hinc ferus armatur Boreas, glacieq. niuali*
*Turbidus, Arctoo maculatas ſanguine pennas*
*Pandit, & ęquoreas in carbaſa concitat iras.*
*Affricus hinc contra, vaſti vada turbida ponti,*
*Roboraq. inductis Auſtri furor excutit vmbris,*
*Qua grauis obſcura vultum caligine tectus*
*Ipſe volat, nimboſq. mouet, pluuiaſq. miniſtrat.*
*At medio Eurorum furiis agitata ſonori*
*Nereos aula tumet, caueiſq. emota profundi*
*Iactat arenoſo turritas gurgite pinus;*
*Mille virum ante oculos errantia fulgura ſerpunt,*
*Quæ perbibet brumalis hyems: nunc ſydera dorſo*
*Tethis habet, fluctuq. ruens modo tangit arenas.*
*Primus ibi infœlix letho Trinacrius Hæros*
*Occidit, extremumq. in Tartara merſus anhelat,*
*Namq. inſecta ratis, longumq. agitata procellis,*
*Accipit errantem laceris compagibus vndam.*
*Nec procul ęquęuum Phrygię telluris Alethem,*
*Dū tremit, et geminas attollit in ęthera palmas,*
*In mare pręcipitem puppi iacit Eurus ab alta,*
*Quo ſuper incumbens malum eripientibus auſtris,*
*Concaua nauifragis hauritur fluctibus alnus,*
*Flexibiles crepitant ſaxoſo in murice remi,*
*Aurea trāſtra latent, captam maris unda carinam*
*Eiectat. ſinuanſq. cauo tegit ore profundum;*
*Iamq. cadunt homines, altoq. in gurgite nantes*
*Iliſi tabulis pendent (lachrymabile viſu)*



BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

Digitized by Google

*Pinus ibi aſpicitur Borealibus recta ruinis,*
*Quam fractis fluitantem armis, & dura gementem*
*Verbera rumpit hyems, fruſtraq. optantur arenę.*
*At vultus gens nigra modis horrentia miris*
*Hic monſtra attollit Latijs, prætexitur æquor*
*Puppibus infractis, & circum exciſa vagantur*
*Humida vela ratum, mixtiq. rudentibus axes.*
*Sic vbi edoratis Pęſtana roſaria plantis,*
*Et calthas violas ferrugineoſq. hyacintos*
*Cernimus intonſi redolere in vertice collis,*
*Si ſuperum tonuere lares & fulmine nubes*
*Edidit iſta ſonum, glaciali grandine tellus*
*Horruit, & tenues cyami, & vacinia circum*
*Pinxere auulſis vernantia regna capillis.*
*At Deus Omnipotens, procedere longius ira,*
*Non tulit Oceanum, ſed ſydera voce ſerenans,*
*Expulit humentes vmbras; Tritona ſonantem*
*Audijt vnda fremens fremituq. quieuit, & altum*
*Aequoris obſcuræ concha intremuere cauernę.*
*Cum vaga fluctiſonos pelagi Amalthæa furores*
*Obſtupuit, raptumq. ſibi Cleridonta Pelori*
*Expauit, fractoſq. ratum ſub gurgite, remos:*
*Nec mora Nereidum coetu redimita ſororum*
*Proſilijt cauea, & notam videt ęquore parmam*
*Principis, & noctę velum, & vexilla carinę.*
*Atq. ibi flauentes manibus laniata capillos*
*Conſtitit; heu qualem, incipiẽs mihi perfide Nereu*
*Optatum prhebes iuuenem, nunc Prothea verum*
*Agno-*

Digitized by Google

*Agnoſco, informes quando ille per æquora phocas*
*Educens, rigida periturum morte canebat,*
*O' mihi crudeles ſylue, prho dura Pachini*
*Littora piſcoſi, primos vbi turbidus ignes*
*Iunxit Hymen, fauitq; auibus Cytheræa ſecundis.*
*Sed quid ego? heu diras nimium mihi, Diua iugales*
*Oſtendet tedas, altis dum montibus amnes*
*Precipitare dedit, tonuitq; haud inſciſuæther*
*Funeris, & moeſto gemuerunt agmine nimphæ.*
*Talibus exclamat lacrymis; at cerula curru*
*Interea Oceanum linquens venit Amphitrite,*
*Nec procul exanimis Glaucarum examine mæſto*
*Armipotens lugubre iacet, corpuſq; ferentes*
*Conchiſoni Tritones eunt, fremituq. ſonoro*
*Præpetibus caudis ponti ſpatia ardua verrunt.*
*Verum ibi proſpiciens Regem Amalthea decoros*
*Ocludit languens oculos, & frigidus artus*
*Sudor habet, patriaſq. cadens adlabitur oras;*
*Nam Driades gelido ſociam impoſuere cubili,*
*Donec Sycelides facibus ſuccendere Manes*
*Poſſet, & Aſſyrijs adoleret odoribus vrnam.*
*Interea æquatis Alecto incedere velis*
*Proſpicit Auſonios, ratibuſq. ſilere profundi*
*Atria Dardanijs, ſubitoq; agitata furore*
*Conſtit, & rabido tales dedit ore quarelas,*
*Heu gentem inuiſam, noſtriſq. aduerſa Quiritũ*
*Tuta domus fatis, per tela inimica perundas*
*Itala turba ſubit, deſpectaq. Ditis auari*

*Numina tranſiliens, inimicam aduertitur vrbem,*
*Quid Syrtes iuuere ſali? quid gurgitis ira*
*Profuit ę toto Latijs me opponere ponto?*
*Ecce maris rabies cœliq. abſumpta ſuperni*
*Defficit in Rutulos, quod ſi concurrere ferro*
*Iam decet, atq. alijs extinguere viribus hoſtes,*
*Bella manu, mortemq. feram, meme aſpera tela*
*Proſpicient glomerare manu, et cõcurrere in armis.*
*Hæc vbi congemuit, nigras caligine pennas*
*Mouit: eam circum diri gens torua Baratrhi*
*Quærit Idumæos confuſo examine campos.*
*At Notus interea puppes abeuntibus Euris*
*Dirigit, aduerſaſq. Syrum conuertit in oras;*
*Iamq. ibi progreſsi ripę potiuntur arenis*
*Dardanidę intrepidi, curuo tenet anchora morſu*
*Robora, & ingentes prętexunt littora remi,*
*Ac veluti cum dulcis apes per Hymettia rura*
*Mellis amor ſub Sole mouet, pars nectare cellas,*
*Et ceris implere parant, pars arbuta paſſim,*
*Pallenteſq adeunt vyolas, cyamoſq. pererrant,*
*Sic acies feruent: ingens ferit ęthera clangor,*
*Et ſale conſperſos exſiccant Solibus artus;*
Titus. *Nec vetat armipotens Cæſar, cum clara nitebit*
*Orta dies, lucemq nitens Aurora reducet,*
*(Sol etenim feſsos efflarat languidus ignes*
*Ablueratq. agiles fluctu Thetis alma iugales)*
*Ire maniplares inſtructo examine turmas.*
*Iamq. Nabathæis ſurgens Thaumantias oris,*

*Vn-*

Digitized by Google

*Vndantes reſoluta comas, formoſa fugabat*
*In mare purpureis pallentia floribus aſtra,*
*Cum tuba belligeras toto canit agmine pompas,*
*Barbara ſiſtra ſonant, curui ferit ęthera cornu*
*Clangor, et indomitus Solymorum ingentibus ardet*
*Diues equis, auroq nitens exercitus aruis*
*Oenotrias prior ante acies manus emicat ingens*
*Ardua fortunę Regum, & diademate fulget*
*Flauus ALEXANDER, regni cui credita moles*
*Qua uagus, irriguis redolentia fontibus arua,*
*Arnus habet, ſublimè rigans, nec candida proles*
*Lędę ita decliui ſpargit noua lumina Phœbo,*
*Aut Amatunthæas inter Cytheræa ſorores,*
*Vt curru pręfulget eques, multumq. decorus*
*Spargit odoratos aurata caſſide crines,*
*Fulgidus ante alios armis, & roſcidus oſtro*
*Cycladis, vndantes manibus molitur habenas,*
*Oraq. pręcipitum campis moderatur equorum;*
*Æra, tubas audire calet, conumq. ſuperni*
*Tergeminantur Apes, clypeiq. vmbone refulgent:*
*Hunc pater Eutręus, quo non fœlicior alter*
*Mittere tela manu, ſuſceptum Naide Nimpha*
*Progenuit, claramq. Etruſcis prolem attulit oris,*
*Nec mora formoſum Cyrnęo in littore natum*
*Æquoris eſſe iubet notiq. humentibus antris*
*Centauri numerare dies, & fortibus arcu*
*Tela inferre feris, caueaſq. per ire leonum.*
*Inde vbi clara dedit ſonitum tuba, triſtibus ingens*

Romanorũ exercitus in aciem cōſtituitur.

Erat hic Tiberius Alexāder totius pręfectus exercitus qui, & teſte Suetonio tranquillo Veſpaſianũ Imp. acclamauit.

Littore Corſicę, quę eſt inſula Maris Liguſtici.

*Exi-*

*Exilijt ſcopulis, Syriæq. in regna rebellis,*
*Romanaſq. aquilas, Latijq. eſt arma ſequutus.*
*Ille vel auratæ meſſis ſuper alta volaret*
*Culmina, nec tenues curſu incuruaret ariſtas,*
*Vel rapide Oceani medijs graderetur in vndis*
*Nec maris vndiuago macularet gurgite plantas,*
*Illum expirantem flammati pectoris iras,*
*Belliger Aeacides, illum Telamonius Aiax,*
*Teucriaq. emotis trepidaſſent Pergama muris:*
*Et nunc purpuream clamydem, crudelia pictus*
*Prælia Niliadum graditur, ſuper aſpera plumis*
*Tergora Achmeoeniç coritbos arundinis horret,*
*Electroq. nitens, ſolidoq. adamante refulgens.*
Exercitus Germanniæ. *Proxima Tyrrheno profert generoſus Amydnes*
*Signa Duci, geminoq. mouens haſtilia ferro,*
*Cycladis oſtentat gemmas, vbi cernitur alto*
*Aeacides flauis Pactoli intextus arenis*
*Inſiſtens plauſtro, terraq. & ſanguine ſordem*
Hectoré. *Mœnia Priamidem circum rapit ardua Regem;*
*Increpat Autumedon per Achaiada caſtra iugales*
*Et pater exanimem turri ſpeculatur ab alta,*
Helena. *Tindaridumq ſoror; pariens incendia Teucris.*
*Infœlix monimenta necis ſecum ille futurę*
*Veſtibus intexit; triplici namq. axis iniquis*
*Ordine raptatus biugis circum arua trahetur.*
*Huic quoq. magnanimos Germanis vrbibus affert*
*Armorum trux fama viros, turrita mouetur*
*Praga, & Hyperborei rapiuntur pectora Rheni*

*Vna*

Digitized by Google

*Vna Atheſis Rhoetiq fremunt, Pannonicus vna*
*Illyriciq. ruunt populi, quoſq. vltima Thule*
*Addidit, & Belgę intrepidi, forteſq. Britanni.*
*Fortior inde nouis ſtimulata furoribus ardet,* Acies Inſubriæ.
*Pinguibus Erydani genuit quam Gallia campis,*
*Sęua choors iuuenum, nec nigri à finibus Jndi,*
*Ad Tarteſſiacas aduerſi gurgitis oras,*
*Herculeoſq. ſinus, gens vlla eſt fortior, Vrbis*
*Deme acies, rectorq. ſubit præſignis Enyſus.*
*Illius ętbereos clypeo ſecat alba nitenti*
*Alituum regina lares, dedit agmina bello*
*Telſina, nec Phrygij referens Antennoris aues,*
*Euganeaſq. domos tacuit genus, ardua venit* Bõnonia Patauiũ.
*Parma, & Benacus fremuit fremuere Cremonę* Lacus apud Veronum.
*Moenia turrigere, Smyrneisq ęmula plectris*
*Mantua Muſarum domus & Phœbeia ſedes;* Smyrna enim credita eſt Homeri Patriam.
*Inde Lygur viridi vultum admirabilis ęuo,*
*Dulce rubens flauoq. comę ſpectabilis auro,*
*Vt belli ſonuere tubæ, patriæ agmina gentis*
*Fulmineus mouit Laurens, argenteus æquor*
*Cæruleum, Ducis vmbo regit ſic lubricus anguis* Acies Lygurum.
*Exuitur ſenio notiſq. elabitur aruis,*
*O nimium generoſe puer, tu prælia Martis*
*Regere? & armatas inter potes ire phalanges?*
*Vix Dryadum thalamis, laſciuarumq. cubili*
*Nereidum mature puer, tu ne horrida cornu*
*Tela Syris glomerare putas? nec fortior ætas*
*Aut roſeis viget vmbra genis, oſtrumue recedit;*

*Vade*

Digitized by Google

*Vade tamen, nec iam aduerſis agitabere campis*
*Axe fugens Stygiaſue petes inglorius vndas,*
*Ridebitue elata Syon longum;agmine magno*
*Belligerę intrepido turmę radiantibus armis*
*Aſſiſtunt, auroq.graues moderantur habenas.*
*Nec fera conticuit Luna,& Palmatia portum*
*Maternę ocludens Veneris,diueſq Loanum,*
*Aſt Ericis idem ardor aquas,gelidumq.Biſamnem*
*Impulit,& belli concuſſa eſt Genua flammis,*
*Vrbs antiqua, potens ,Albinguaniq.phalanges.*

Acies Hybera.

*Inſuper indomitis audax Hiſpannia turmis*
*Arma mouet,pubeſq. Ducem delecta coronat*
*Præſignem Eunomaum,pictę qui vellere Tigris*
*Fulgurat.& tremulis armatus caſſide criſtis*
*Purpureus ſublime nitet, queis regia pauo*
*Inſerit elatę nutantia ſydera caudę.*
*Hinc atq. hinc toruę acies, & ferrea telis*
*Sylua tremit nimboſa ſinens in nubila ſyluas*
*Pyrenes,venere phalanx,Balearides adſunt*
*Fundiſonę,& gelidis armatus Duria ripis,*
*Betica turba fremit, rigidis Gallęcia turmis*
*Fulgurat,extremęq. adſiſtunt agmina Calpes.*

Acies Græcorũ

*At puer Alcymedõ Danaos acerrimus omnes*
*Cernitur ante alios,& pictis lucidus armis,*
*Lernęam attollit ferrata cuſpide quercum.*
*Ac velut Edigij nemoroſo e vertice Tauri,*
*Cum procul arboreas immanis præpete curſu*
*Deſilit in valles Centaurus; amica furentum*

*Agmina*

Digitized by Google

*Agmina præcipitum circumſtant Centaurorum,*
*Sic Ducis griſonę currum comitantur Amyclę,*
*Et fortis Calydon, longęuiq. Arcades aſtris,*
*Quos primum efœtos nemorum de ſtyrpe virēti*
*Terra dedit, non terra parens Hymenæa canebat,*
*Connubijq. faces arſit, frondoſa phalanges*
*Fraxinus, & tenues populum peperere myricę.*
*Obſtupet ereptos Laddon, nemoroſa colonis*
*Menala rareſcunt patrijs, Riphe agmina bello*
*Præbet, & Herculeis vulgata laboribus arua*
*Fama volans, monteſq. replet, celſumq. Erymāthum*
*Stymphalideſq. lacus, Tegeatiſq. agmina campi*
*Abripit, & raptis mœret Lampia maniplis.*
*Nec te ego Sycelidis Regem Cleridonta coronę*
*Tranſirem, tumidi; ſed te maris vnda tenebat,*
*Dira hominum fortuna? Ducē ſcopuloſq. Caphareī,*
*Scylleaſq. inter Syrtes, nouere natantem*
*Nimphę, & Amadriades, at nunc obnixus iniqui*
*Abripit Oceani, ſpernentem Nerea, fluctus.*
*Imperat extincti turmis pulcherrimus Idas,*
*Fiſus equo, & multum noto admirabilis arcu,*
*Mæſtaq. proſequitur iuuenem Trynacria pubes.*
*Dat comites Aretbuſa ſuos, Lilibea relinquunt*
*Culmina Lymphati agricolę, & veſana Pelori,*
*Progenies in bella ruunt, celſuſq. Pachinus,*
*Hybla nitens vyolis tercentum pectora, vulgus*
*Excitat, intrepidum bello, nec amica Panonni*
*Turma fretis tacuit, Meſſangiq. manipli.*

*Pro-*

Acies Aegypti.

*Proximus e Pharijs agmẽ mouet urbibus Athõ*
*In numerum ſceptro, queis non lorica nec ingens*
*Triſte nitet clypeus, Lybię maculata ferarum*
*Terga præmũt humeros, incluſaq. tela pharetris.*

Frontis Tauri ſigni cœleſtis.

*Tot, neque Agennoreæ cum Sol ſubit aurea frontis*
*Cornua, pallentes vyolę iuga montibus ornant,*
*Nec tot in arboribus volucrum ſe millia condunt,*
*Triſtis vbi imbriferas Auſter cælo explicat alas,*
*Quot ruit immixtis Aegyptus Barbara turmis.*
*Memphis adeſt, Babilona rapit, ditemq. Canopum,*
*Fama ingens toruoq fremunt examine Thebę,*
*Nec ſilet Abydos, radijsq. exuſta Syene,*
*Quiq. Atlantiacas Maurorum efinibus vrbes*
*Deſtituunt, quiq Eoo de littore Solim*
*Aſpiciunt rubeos ſpargentem lumine fluctus.*

Acyes cãpaniæ.

*Tuquoq. frondenti galeam crinitus oliua*
*Arma cies, agilemq. manu moliris habenam*
*Inclyte Capaneu, vatem Parnaſſia pandunt*
*Vellera. Parthenope Regem comitata coronat,*
*Molaniq. fremunt vna, & Sebethides orę,*
*Euboicæq manus Cumæ, & Caieta ſequuntur.*
*Hunc rapide aprico ſonipes generoſus in aruo*
*Euehit arma petens, ſpumantia dentibus horrent*
*Vincula & inſtratus virgatam vellere Tigrim*
*Tollit inexplicitos pulſati pulueris orbes.*

*Nec procul ardenti ductrix Laurinda metallo*
*Fulget: eam circum glomerãtur Amazones armis*
*Indomitæ, & curuis aſſuetæ in prælia peltis.*

*Non*

*Non, aliter quam cum ſaxoſæ rupis ab alto*
*Præcipitat crinita iugo lea, turbinis inſtar*
*Proſequitur veſana phalanx, matremq. coronat.*
*Hæc fera Alexandri laudum ſoror æmula virgo,*
*Dedignata manu telas, calathosq. Mineruæ*
*Tractare, & mirrha crines adolere Sabæa,*
*Armatis eſt auſa viris concurrere ferro,*
*Illam omnes, Regumq. acies, hominumq. phalanges*
*Mirantur, formoſa manu vt contrectet habenas*
*Cornipedum, rutiletq. armis, vt purpura vultus*
*Intermixta niues ornet, flauuſq. comarum*
*Spargat honos leues humeros, vt ærea caſſis*
*Fulguret, Hyblææq. micent vmbone volucres.*
*Secum Flora ſucs mouet, & turrita phalanges*
*Sena rapit, comiteſq. cient Cluſina feroces*
*Mœnia, & intrepidas armis Arretia turmas,*
*Piſæos fama ipſa choros, Choryſiq. catheruas*
*Vrget, & indomitas bruma, & Borealibus auris*
*Apennini colas inſtructo examine dextras.*
*Aſt eques, & totum proſpectans deſuper agmẽ*
*Vertice Romuleos ad bella Euſtachius vrget*
*Cui laterum tractus, humeroſq. & pectora late*
*Ferrea ſuta tegunt, capiti nitet horrida, caſſis*
*Auratis crinita iubis, ille arduus ille*
*Arboream vibrat quærcum, quam magnus Orion*
*Cuſpide ſanguinea liquidis ſe attollere campis*
*Sueuit, & indomitos Neptunni euertere fluctus,*
*Illius inſignis clypeo Regina volucrum*

*Ar-*

*Quãdoquidem Inferni Manes pugnauimus olim*
*Empyream in ſedem, cornuq. agitata minaci*
*Aurea ſyderei tremuere palatia regni,*
*Talia turbato verſans dira Eumenis ore,*
*Aeoliamq. venit, Regemq. his vocibus vltro*
*Affatur, poſtrema Deûm o ſpes magna ſeueri*
*Aeole Plutonis, procul hinc mihi nauigat alto*
*Gens aduerſa mari, Solymęq adlabitur oras,*
*Atq. ego Tartarei maior Regina Barathri,*
*Cũ procul eſt Hecate, dira hac cũ gẽte tot annis*
*Bella amens moueo, nec ſat quod aduſſerit omnes*
*Veſpaſianus opes circum, atq. ingentia ferro*
*Regna Paleſtinę validaſq. euerterit arces,*
*Ni fremat, & Titus? quiſquãne Acherõta verẽdũ*
*Prętereá, numenq. pauens Plutonis adoret?*
*Rũpe age clauſtra Notis, rigidaſq. exolue catenas*
*Syrtibus Auſonias rabidis allide carinas,*
*Et rerum ſubuerte fidem: ſic fata repente*
*Conſtitit, & totos ſerpentum erexit hyatus.*
*Ille autem aduerſum ferrata cuſpide montem*
*Impulit ad lęuam, ventiſq. immiſit habenas.*
*Nec procul ecce polis ardenti fulgidus auro,*
*Funereum accinctus ferrum nimboſus Orion*
*Surgit, & ex imo ponti ciet ęquora fundo,*
*Sęua per anfractus. aſſueti carceris vndis*
*Incubuere phalanx, tempeſtateſq. ſonoras*
*Qua via facta ferunt, nigrum per inane tumentes*
*Apparent nimborum acies, & turbine terras,*
*Aethe-*

Nerone Imperat. Veſpaſianus primum dimicauit in Siriã.

*Aetheraq. vmbratũ, et pelagi vada ſalſa reuoluũt.*
*Hinc ferus armatur Boreas, glacieq. niuali*
*Turbidus, Arctoo maculatas ſanguine pennas*
*Pandit, & ęquoreas in carbaſa concitat iras.*
*Affricus hinc contra, vaſti vada turbida ponti,*
*Roboraq. inductis Auſtri furor excutit vmbris,*
*Qua grauis obſcura vultum caligine tectus*
*Ipſe volat, nimboſq. mouet, pluuiaſq. miniſtrat.*
*At medio Eurorum furijs agitata ſonori*
*Nereos aula tumet, caueiſq. emota profundi*
*Iactat arenoſo turritas gurgite pinus;*
*Mille virum ante oculos errantia fulgura ſerpunt,*
*Quæ perbibet brumalis hyems: nunc ſydera dorſo*
*Tethis habet, fluctuq. ruens modo tangit arenas.*
*Primus ibi infœlix letho Trinacrius Hæros*
*Occidit, extremumq. in Tartara merſus anhelat,*
*Namq. inſecta ratis, longumq. agitata procellis,*
*Accipit errantem laceris compagibus vndam.*
*Nec procul ęquęuum Phrygię telluris Alethem,*
*Dũ tremit, et geminas attollit in ęthera palmas,*
*In mare pręcipitem puppi iacit Eurus ab alta,*
*Quo ſuper incumbens malum eripientibus auſtris,*
*Concaua naufragis hauritur fluctibus alnus,*
*Flexibiles crepitant ſaxoſo in murice remi,*
*Aurea trãſtra latent, captam maris unda carinam*
*Eiectat. ſinuanſq. cauo tegit ore profundum;*
*Iamq. cadunt homines, altoq. in gurgite nantes*
*Iliſi tabulis pendent (lachrymabile viſu)*



BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA
Digitized by Google

*Pinus ibi aſpicitur Borealibus recta ruinis,*
*Quam fractis fluitantem armis, & dura gementem*
*Verbera rumpit hyems, fruſtraq. optantur arenæ.*
*At vultus gens nigra modis horrentia miris*
*Hic monſtra attollit Latijs, prætexitur æquor*
*Puppibus infractis, & circum exciſa vagantur*
*Humida vela ratum, mixtiq. rudentibus axes.*
*Sic vbi edoratis Peſtana roſaria plantis,*
*Et calthas violas ferrugineoſq. hyacintos*
*Cernimus intonſi redolere in vertice collis,*
*Si ſuperum tonuere lares & fulmine nubes*
*Edidit iſta ſonum, glaciali grandine tellus*
*Horruit, & tenues cyami, & vacinia circum*
*Pinxere auulſis vernantia regna capillis.*
*At Deus Omnipotens, procedere longius iræ,*
*Non tulit Oceanum, ſed ſydera voce ſerenans,*
*Expulit humentes vmbras; Tritona ſonantem*
*Audijt vnda fremens fremituq. quieuit, & altum*
*Aequoris obſcuræ concha intremuere cauernæ.*
*Cum vaga fluctiſonos pelagi Amalthæa furores*
*Obſtupuit, raptumq. ſibi Cleridonta Pelori*
*Expauit, fractoſq. ratum ſub gurgite, remos:*
*Nec mora Nereidum coetu redimita ſororum*
*Proſilijt cauea, & notam videt æquore parmam*
*Principis, & noctæ velum, & vexilla carinæ.*
*Atq. ibi flauentes manibus laniata capillos*
*Conſtitit; heu qualem, incipiẽs mihi perfide Nereu*
*Optatum prhebes iuuenem, nunc Prothea verum*

*Agno-*

Digitized by Google

Agnoſco, informes quando ille per æquora phocas
Educens, rigida periturum morte canebat,
O' mihi crudeles ſylue, prho dura Pachini
Littora piſcoſi, primos vbi turbidus ignes
Iunxit Hymen, fauitq; auibus Cytheræa ſecundis.
Sed quid ego? heu diras nimium mihi, Diua iugales
Oſtendet tedas, altis dum montibus amnes
Precipitare dedit, tonuitq; haud inſciſuæther
Funeris, & moeſto gemuerunt agmine nimphæ.
Talibus exclamat lacrymis; at cerula curru
Interea Oceanum linquens venit Amphitrite,
Nec procul exanimis Glaucarum examine mæſto
Armipotens lugubre iacet, corpuſq; ferentes
Conchiſoni Tritones eunt, fremituq; ſonoro
Præpetibus caudis ponti ſpatia ardua verrunt.
Verum ibi proſpiciens Regem Amalthea decoros
Ocludit languens oculos, & frigidus artus
Sudor habet, patriaſq. cadens adlabitur oras;
Nam Driades gelido ſociam impoſuere cubili,
Donec Sycelides facibus ſuccendere Manes
Poſſet, & Aſsyriјs adoleret odoribus vrnam.
Interea æquatis Alecto incedere velis
Proſpicit Auſonios, ratibuſq. ſilere profundi
Atria Dardaniјs, ſubitoq; agitata furore
Conſtit, & rabido tales dedit ore querelas,
Heu gentem inuiſam, noſtriſq. aduerſa Quiritũ
Tuta domus fatis, per tela inimica perundas
Itala turba ſubit, deſpectaq. Ditis auari

*Numina tranſiliens, inimicam aduertitur vrbem,*
*Quid Syrtes iuuere ſali? quid gurgitis ira*
*Profuit? toto Latijs me opponere ponto?*
*Ecce maris rabies cœliq. abſumpta ſuperni*
*Defficit in Rutulos, quod ſi concurrere ferro*
*Iam decet, atq. alijs extinguere viribus hoſtes,*
*Bella manu, mortemq. feram, meme aſpera tela*
*Proſpicient glomerare manu, et cōcurrere in armis.*
*Hæc vbi congemuit, nigras caligine pennas*
*Mouit: eam circum diri gens torua Baratrhi*
*Quærit Idumæos confuſo examine campos.*
*At Notus interea puppes abeuntibus Euris*
*Dirigit, aduerſaſq. Syrum conuertit in oras;*
*Iamq. ibi progreſsi ripę potiuntur arenis*
*Dardanidę intrepidi, curuo tenet anchora morſu*
*Robora, & ingentes pretexunt littora remi,*
*Ac veluti cum dulcis apes per Hymettia rura*
*Mellis amor ſub Sole mouet, pars nectare cellas,*
*Et ceris implere parant, pars arbuta paſſim,*
*Pallenteſq adeunt vyolas, cyamoſq. pererrant,*
*Sic acies feruent: ingens ferit ęthera clangor,*
*Et ſale conſperſos exſiccant Solibus artus;*
Titus. *Nec vetat armipotens Cæſar, cum clara nitebit*
*Orta dies, lucemq nitens Aurora reducet,*
*(Sol etenim feßos efflarat languidus ignes*
*Ablueratq. agiles fluctu Thetis alma iugales)*
*Ire maniplares inſtructo examine turmas.*
*Iamq. Nabathæis ſurgens Thaumantias oris,*

*Vn-*

Digitized by Google

*Vndantes reſoluta comas, formoſa fugabat*
*In mare purpureis pallentia floribus aſtra,*
*Cum tuba belligeras toto canit agmine pompas,*
*Barbara ſiſtra ſonant, curui ferit ęthera cornu*
*Clangor, et indomitus Solymorum ingentibus ardet*
*Diues equis, auroq; nitens exercitus aruis*
*Oenotrias prior ante acies manus emicat ingens*
*Ardua fortunę Regum, & diademate fulget*
*Flauus ALEXANDER, regni cui credita moles*
*Qua uagus, irriguis redolentia fontibus arua,*
*Arnus habet, ſublimè rigans, nec candida proles*
*Lędę ita decliui ſpargit noua lumina Phœbo,*
*Aut Amatunthæas inter Cytheræa ſorores,*
*Vt curru pręfulget eques, multumq. decorus*
*Spargit odoratos aurata caſſide crines,*
*Fulgidus ante alios armis, & roſcidus oſtro*
*Cycladis, vndantes manibus molitur habenas,*
*Oraq. pręcipitum campis moderatur equorum;*
*Æra, tubas audire calet, conumq. ſuperni*
*Tergeminantur Apes, clypeiq. vmbone refulgent:*
*Hunc pater Eutręus, quo non fœlicior alter*
*Mittere tela manu, ſuſceptum Naide Nimpha*
*Progenuit, claramq. Etruſcis prolem attulit oris,*
*Nec mora formoſum Cyrnęo in littore natum*
*Æquoris eſſe iubet notiq. humentibus antris*
*Centauri numerare dies, & fortibus arcu*
*Tela inferre feris, caueaſq. per ire leonum.*
*Inde vbi clara dedit ſonitum tuba, triſtibus ingens*

Romanorũ exercitus in aciem cõſtituitur.

Erat hic Tiberius Alexãder totius pręfectus exercitus qui, & teſte Suetonio tranquillo Veſpaſianũ Imp. acclamauit.

Littore Corſicę quę eſt inſula Maris Lygustici.

*Exi-*

*Exilijt ſcopulis, Syriæq. in regna rebellis,*
*Romanaſq. aquilas, Latijq. eſt arma ſequutus.*
*Ille vel auratæ meſſis ſuper alta volaret*
*Culmina, nec tenues curſu incuruaret ariſtas,*
*Vel rapide Oceani medijs graderetur in vndis*
*Nec maris vndiuago macularet gurgite plantas,*
*Illum expirantem flammati pectoris iras,*
*Belliger Aeacides, illum Telamonius Aiax,*
*Teucriaq. emotis trepidaſſent Pergama muris:*
*Et nunc purpuream clamydem, crudelia pictus*
*Prælia Niliadum graditur, ſuper aſpera plumis*
*Tergora Achmeoeniç coritbos arundinis horret,*
*Electroq. nitens. ſolidoq. adamante refulgens.*

Exercitus Germanniæ.

*Proxima Tyrrheno profert generoſus Amydnes*
*Signa Duci, geminoq. mouens haſtilia ferro,*
*Cycladis oſtentat gemmas, vbi cernitur alto*
*Aeacides flauis Pactoli intextus arenis*
*Inſiſtens plauſtro, terraq. & ſanguine ſordem*

Hectore.

*Mœnia Priamidem circum rapit ardua Regem;*
*Increpat Autumedon per Achaiada caſtra iugales*
*Et pater exanimem turri ſpeculatur ab alta,*

Helena.

*Tindaridumq ſoror; pariens incendia Teucris.*
*Infœlix monimenta necis ſecum ille futurę*
*Veſtibus intexit; triplici namq. axis iniquis*
*Ordine raptatus biugis circum arua trahetur.*
*Huic quoq. magnanimos Germanis vrbibus affert*
*Armorum trux fama viros, turrita mouetur*
*Praga, & Hyperborei rapiuntur pectora Rheni*

*Una*

Digitized by Google

*Vna Atheſis Rhoetiq fremunt, Pannonicus vna*
*Illyriciq.ruunt populi,quoſq. vltima Thule*
*Addidit,& Belgę intrepidi,forteſq. Britanni.*
*Fortior inde nouis ſtimulata furoribus ardet,*
*Pinguibus Erydani genuit quam Gallia campis,*
*Sęua choors iuuenum,nec nigri à finibus Jndi,*
*Ad Tarteſſiacas aduerſi gurgitis oras,*
*Herculeoſq.ſinus,gens vlla eſt fortior, Vrbis*
*Deme acies,rectorq.ſubit præſignis Enyſus.*
*Illius ęthereos clypeo ſecat alba nitenti*
*Alituum regina lares, dedit agmina bello*
*Telſina,nec Phrygij referens Antennoris aues,*
*Euganeaſq.domos tacuit genus,ardua venit*
*Parma,& Benacus fremuit fremuere Cremonę*
*Moenia turrigere,Smyrneisq ęmula plectris*
*Mantua Muſarum domus & Phœbeia ſedes;*
*Inde Lygur viridi vultum admirabilis ęuo,*
*Dulce rubens flauoq. comę ſpectabilis auro,*
*Vt belli ſonuere tubæ,patriæ agmina gentis*
*Fulmineus mouit Laurens,argenteus æquor*
*Cæruleum,Ducis vmbo regit ſic lubricus anguis*
*Exuitur ſenio notiſq.elabitur aruis,*
*O nimium generoſe puer,tu prælia Martis*
*Regeres & armatas inter potes ire phalanges?*
*Vix Dryadum thalamis,laſciuarumq.cubili*
*Nereidum mature puer,tune horrida cornu*
*Tela Syris glomerare putas?nec fortior ætas*
*Aut roſeis viget vmbra genis,oſtrumue recedit;*

Acies Inſubriæ.

Bononia Patauiũ.

Lacus apud Veronum.

Smyrna enim credita eſt Homeri Patriam.

Acies Lygurum.

*Vade*

*Vade tamen, nec iam aduerſis agitabere campis*
*Axe fugens Stygiaſue petes inglorius vndas,*
*Ridebitue elata Syon longum; agmine magno*
*Belligerę intrepido turmę radiantibus armis*
*Aſſiſtunt, auroq. graues moderantur habenas.*
*Nec fera conticuit Luna, & Palmatia portum*
*Maternę ocludens Veneris, diueſq Loanum,*
*Aſt Ericis idem ardor aquas, gelidumq. Biſamnem*
*Impulit, & belli concuſſa eſt Genua flammis,*
*Vrbs antiqua, potens, Albinguaniq. phalanges.*

Acies Hybera.

*Inſuper indomitis audax Hiſpannia turmis*
*Arma mouet, pubeſq. Ducem delecta coronat*
*Præſignem Eunomaum, pictę qui vellere Tigris*
*Fulgurat. & tremulis armatus caſſide criſtis*
*Purpureus ſublime nitet, queis regia pauo*
*Inſerit elatę nutantia ſydera caudę.*
*Hinc atq. hinc toruę acies, & ferrea telis*
*Sylua tremit nimboſa ſinens in nubila ſyluas*
*Pyrenes, venere phalanx, Balearides adſunt*
*Fundiſonę, & gelidis armatus Duria ripis,*
*Betica turba fremit, rigidis Gallęcia turmis*
*Fulgurat, extremęq. adſiſtunt agmina Calpes.*

Acies Græcorũ

*At puer Alcymedō Danaos acerrimus omnes*
*Cernitur ante alios, & pictis lucidus armis,*
*Lernęam attollit ferrata cuſpide quercum.*
*Ac velut Edigij nemoroſo e vertice Tauri,*
*Cum procul arboreas immanis præpete curſu*
*Deſilit in valles Centaurus; amica furentum*

*Agmina*

Digitized by Google

*Agmina præcipitum circumſtant Centaurorum,*
*Sic Ducis griſonę currum comitantur Amyclę,*
*Et fortis Calydon, longęuiq. Arcades aſtris,*
*Quos primum efætos nemorum de ſtyrpe vireti*
*Terra dedit, non terra parens Hymenæa canebat,*
*Connubijq. faces arſit, frondoſa phalanges*
*Fraxinus, & tenues populum peperere myricę.*
*Obſtupet ereptos Laddon, nemoroſa colonis*
*Menala rareſcunt patrijs, Riphe agmina bello*
*Præbet, & Herculeis vulgata laboribus arua*
*Fama volans, monteſq. replet, celſumq. Erymãthum*
*Stymphalideſq. lacus, Tegeatiſq. agmina campi*
*Abripit, & raptis mæret Lampia maniplis.*
*Nec te ego Sycelidis Regem Cleridonta coronę*
*Tranſirem, tumidi; ſed te maris vnda tenebat,*
*Dira hominum fortuna? Ducẽ ſcopuloſq. Caphareí,*
*Scylleaſq. inter Syrtes, nouere natantem*
*Nimphę, & Amadriades, at nunc obnixus iniqui*
*Abripit Oceani, ſpernentem Nerea, fluctus.*
*Imperat extincti turmis pulcherrimus Idas,*
*Fiſus equo, & multum noto admirabilis arcu,*
*Mæſtaq. proſequitur iuuenem Trynacria pubes.*
*Dat comites Arethuſa ſuos, Lilibea relinquunt*
*Culmina Lymphati agricolę, & veſana Pelori,*
*Progenies in bella ruunt, celſuſq. Pachinus,*
*Hybla nitens vyolis tercentum pectora, vulgus*
*Excitat, intrepidum bello, nec amica Panonni*
*Turma fretis tacuit, Meſſangiq. manipli.*

*Pro-*

Acies Aegypti.

*Proximus e Pharijs agmē mouet urbibus Athō*
*In numerum ſceptro, queis non lorica nec ingens*
*Triſte nitet clypeus, Lybię maculata ferarum*
*Terga præmūt humeros, incluſaq. tela pharetris.*
*Tot, neque Agennoreæ cum Sol ſubit aurea frontis*
*Cornua, pallentes vyolę iuga montibus ornant,*
*Nec tot in arboribus volucrum ſe millia condunt,*
*Triſtis vbi imbriferas Auſter cælo explicat alas,*
*Quot ruit immixtis Aegyptus Barbara turmis.*
*Memphis adeſt, Babilona rapit, ditemq. Canopum,*
*Fama ingens toruoq fremunt examine Thebę,*
*Nec ſilet Abydos, radijsq. exuſta Syene,*
*Quiq. Atlantiacas Maurorum efinibus vrbes*
*Deſtituunt, quiq Eoo de littore Solim*
*Aſpiciunt rubeos ſpargentem lumine fluctus.*

Frontis Tauri ſigni cœleſtis.

Acyes cāpaniæ.

*Tuquoq. frondenti galeam crinitus oliua*
*Arma cies, agilemq. manu moliris habenam*
*Inclyte Capaneu, vatem Parnaſſia pandunt*
*Vellera, Parthenope Regem comitata coronat,*
*Molaniq. fremunt vna, & Sebethides orę,*
*Euboicæq manus Cumæ, & Caieta ſequuntur.*
*Hunc rapide aprico ſonipes generoſus in aruo*
*Euehit arma petens, ſpumantia dentibus horrent*
*Vincula & inſtratus virgatam vellere Tigrim*
*Tollit inexplicitos pulſati pulueris orbes.*
*Nec procul ardenti ductrix Laurinda metallo*
*Fulget: eam circum glomerātur Amazones armis*
*Indomitæ, & curuis aſſuetæ in prælia peltis.*

Non

*Non, aliter quam cum ſaxoſæ rupis ab alto*
*Præcipitat crinita iugo lea, turbinis inſtar*
*Proſequitur veſana phalanx, matremq. coronat.*
*Hæc fera Alexandri laudum ſoror æmula virgo,*
*Dedignata manu telas, calathosq. Mineruæ*
*Tractare, & mirrha crines adolere Sabæa,*
*Armatis eſt auſa viris concurrere ferro,*
*Illam omnes, Regumq. acies, hominumq. phalanges*
*Mirantur, formoſa manu vt contrectet habenas*
*Cornipedum, rutiletq. armis, vt purpura vultus*
*Intermixta niues ornet, flauuſq. comarum*
*Spargat honos leues humeros, vt ærea caſſis*
*Fulguret, Hyblææq. micent vmbone volucres.*
*Secum Flora ſuos mouet, & turrita phalanges*
*Sena rapit, comiteſq. cient Cluſina feroces*
*Mœnia, & intrepidas armis Arretia turmas,*
*Piſæos fama ipſa choros, Choryſiq. catheruas*
*Vrget, & indomitas bruma, & Borealibus auris*
*Apennini colas inſtructo examine dextras.*
*Aſt eques, & totum proſpectans deſuper agmē*
*Vertice Romuleos ad bella Euſtachius vrget*
*Cui laterum tractus, humeroſq. & pectora late*
*Ferrea ſuta tegunt, capiti nitet horrida, caſſis*
*Auratis crinita iubis, ille arduus ille*
*Arboream vibrat quærcum, quam magnus Orion*
*Cuſpide ſanguinea liquidis ſe attollere campis*
*Sueuit, & indomitos Neptunni euertere fluctus,*
*Illius inſignis clypeo Regina volucrum*

Ar-

Digitized by Google

*Argento cęlata nitet, lateq. refulgens*
*Vnguibus auratum rapidis Pithona ſuperſtat.*
*Vade age bellipotens fœlici ſtemmate miles*
Hebræos ab Abraham. *Vade. & in Abrhamidas ferrũ conuerte ſuperbos,*
*Tempus erit, radians iterum quo tale Quirinis*
*Tergemina ardebit populis inſigne corona,*
*Et procul aſpectu Armenios, ipſumq. ferocem*
*Regnatorem Aſię proprijs terrebit in oris.*
*Vos quoq fœlices, ite hoc ſub principe turmę*
*Auſonidumq. chori, ſæuoq. examine Samnis,*
*Harpæniq. truces, Sabiniq. accola campi,*
*Hernicaq. arma virum, Nurſinęq. agmina rupis,*
*Fulgineiq. manus iuuenum, duriq. Camærtes,*
*Doricaq. vrbs Ancon fidei comiteſq. Truenti.*
*Tum gemini ferro iuuenes Theopiſtus, & ingens*
*Frater Agaps in bella ruunt, ſpectanda iuuentus,*
*Et nitidi ante acies media inter tela refulgent.*
*Sic quoq flauentes Pagaſea velleris Argo.*
*Caſtor opes, Polluxq. ſimul perflantibus Auſtris,*
*Regnaq. Theſſalicis adierunt Colchida regnis,*
*Vltimus illuſtri ſubit admirabilis auro*
*Veſpaſianiodes, clypeiq effulget ahena*
*Luce ſolent quales crinito ardore Comætę,*
*Cęſariem igniuomam medijs extendere in aſtris,*
*Ac veluti. Eridanus fluuiorum pręcipitat rex,*
*Tecta trahens, arbuſta ferens, armentaq cornu*
*Euehit vndiuago, dantq. humida ſaxa fragorem;*
*Sic populi tremuere viros, adytumq. dederunt*

*Vn-*

*Vndique Martigenis hoſtilia regna Latinis.*
*Interea elato Solymæ proſpexit ab arcis*
*Culmine Tartarei monſtrum furiale Barathri* Alecto.
*Fulgentes clypeos & multum ardentia Solis*
*Lumine tela virum, ſpectandaſq ære cateruas.*
*Quare ibi ſanguineam faciem, atq. immania mẽbra*
*Deſinit, & cuſtos aræ templiq. Sacerdos*
*Fingitur Anadreon. Regaliſq. atria tecti*
*Intrat, & antiquos mentitur imagine vultus.*
*Vrbs metuenda Syon Sublimi è vertice collis*
*Turribus aerijs cœloq. minatur, & aſtris,*
*Intus habet fontes circum ſitit aggeris herba,*
*Axe leonæos cum Sol ſubit igneus artus,* Leonem
*Et procul extremos vrit Canis æſtifer Indos.* cœleſtẽ.
*Nec virides ſyluæ, nec mirtus odora, nec ornus*
*Cæruleam crebris vmbrant prope frondibus æthrã,*
*Aſt vbi florinago ſurgens fugat aſtra flagello*
*Purpureas reſoluta comas prænuncia Phœbi,* Aurora.
*Stant rapidi Iordanis aquæ, tumet aula profundi* Flumen in Syria.
*Primus vbi Herculeis Solem ſubit Heſperus vndis* Sinus Atlanticus.
*Humidaq. incuruis prætexitur ora carinis.*
*At medium turres, & inane palatia tecto*
*Irrupere Syon, quæ pulſa potentibus armis*
*Tergemino obſiſtit murorum accincta theatro,*
*Atria regis vbi ſublimibus alta columnis*
*Ante ipſas habuere fores ſcopuloſa Gigantum* Portæ Palatij regalis,
*Pectora, marmoreoſq. humeros; vbi culmina Tauri*
*Pangæos ſcopulos. & iungere Pelion Oſſæ*



Digitized by Google

*Argento cęlata nitet, lateq. reſulgens*
*Vnguibus auratum rapidis Pithona ſuperſtat.*
*Vade age bellipotens fœlici ſtemmate miles*
Hebræos ab Abraham. *Vade. & in Abrhamidas ferrũ conuerte ſuperbos,*
*Tempus erit, radians iterum quo tale Quirinis*
*Tergemina ardebit populis inſigne corona,*
*Et procul aſpectu Armenios, ipſumq. ferocem*
*Regnatorem Aſię proprÿs terrebit in oris.*
*Vos quoq fœlices, ite hoc ſub principe turmę*
*Auſonidumq. chori, ſæuoq. examine Samnis,*
*Harpæniq. truces, Sabiniq accola campi,*
*Hernicaq arma virum, Nurſinęq. agmina rupis,*
*Fulgineiq manus iuuenum, duriq Camærtes,*
*Doricaq vrbs Ancon fidei comiteſq. Truenti.*
*Tum gemini ferro iuuenes Theopiſtus, & ingens*
*Frater Agaps in bella ruunt, ſpectanda iuuentus,*
*Et nitidi ante acies media inter tela reſulgent.*
*Sic quoq flauentes Pagaſea velleris Argo.*
*Caſtor opes, Polluxq. ſimul perflantibus Auſtris,*
*Regnaq. Theſſalicis adierunt Colchida regnis,*
*Vltimus illuſtri ſubit admirabilis auro*
*Veſpaſianiodes, clypeiq effulget ahena*
*Luce ſolent quales crinito ardore Comætę,*
*Cęſariem igniuomam medÿs extendere in aſtris,*
*Ac veluti. Eridanus fluuiorum pręcipitat rex,*
*Tecta trahens, arbuſta ferens, armentaq cornu*
*Euehit vndiuago, dantq humida ſaxa fragorem;*
*Sic populi tremuere viros, adytumq. dederunt*
*Vn-*

*Vndique Martigenis hoſtilia regna Latinis.*
*Interea elato Solymæ proſpexit ab arcis*
*Culmine Tartarei monſtrum furiale Baratrhi* Alecto.
*Fulgentes clypeos & multum ardentia Solis*
*Lumine tela virum, ſpectandaſq ære cateruas.*
*Quare ibi ſanguineam faciem, atq. immania mẽbra*
*Deſinit, & custos aræ templiq. Sacerdos*
*Fingitur Anadreon Regaliſq atria tecti*
*Intrat & antiquos mentitur imagine vultus.*
*Vrbs metuenda Syon Sublimi è vertice collis*
*Turribus aerijs cæloq. minatur, & aſtris,*
*Intus habet fontes circum ſitit aggeris herba,*
*Axe leonæos cum Sol ſubit igneus artus,* Leonem
*Et procul extremos vrit Canis æſtifer Indos.* cœleſtẽ.
*Nec virides ſyluæ, nec mirtus odora, nec ornus*
*Cæruleam crebris vmbrant prope frondibus æthrã,*
*Aſt vbi florinago ſurgens fugat aſtra flagello*
*Purpureas reſoluta comas prænuncia Phœbi,* Aurora.
*Stant rapidi Iordanis aquæ, tumet aula profundi* Flumen in Syria.
*Primus vbi Herculeis Solem ſubit Heſperus vndis* Sinus Atlanticus.
*Humidaq. incuruis prætexitur ora carinis.*
*At medium turres, & inane palatia tecto*
*Irrupere Syon, quæ pulſa potentibus armis*
*Tergemino obſiſtit murorum accincta theatro,*
*Atria regis vbi ſublimibus alta columnis*
*Ante ipſas habuere fores ſcopuloſa Gigantum* Portæ Palatij regalis,
*Pectora, marmoreoſq. humeros; vbi culmina Tauri*
*Pangæos ſcopulos. & iungere Pelion Oſſæ*



Digitized by Google

Vnus ex Gigantibus a Ioue fulmine deiectis.

Nititur Enceladus, contratonat arduus æther
Sponte, nec indicto coeunt caua nubila ſigno,
Præcipites ſerpunt olli per tergora fontes,
Oraq. conceptos expirant fulminis ignes,
Stat læua de parte premens Teribenthida vallem
Alterius non mole minor moriturus habena

Goliath a Dauid interfectus.

Paſtoris, proprioq. Gigas ferro ictus anhelat,
Intus odoratis tecti faſtigia cedris
Fatidici finxere ſenis laqueata triumphos,

Moſis.

Cernitur ille vagas Nili fluitantis arenas
Sanguineis mutare vadis, orbiq. refulget
Delius at Pharios nubes tegit horrida campos.

Sol.

Triſtibus Abrahamidæ celerant abſcedere tectis,
Oceanumq. petunt, Solyſq. verendus ab altis
Imperat Omnipotens, rubicunda recedere ponti
Aequora tunc muri in faciem, geminataq. turmas
Naufraga purpurei circum iacet aula perfundi,
Intrat, & vndoſis Pharao tumulatur in antris,
Armigeræq. manus rapidiq. in gurgite currus
Cornipedumq. acies fuſiq. per æquora nantes,
Præcipitant, at teſqua petens abit inclyta pubes,
Sic ibi celarat redimentem flumine terras
Nerea docta manus, torumq. aurata Tyranni

Tyrãnus Hyeruſalem.

Vndiq. Hydaſpæis ſedes radiabat arenis,
Sæuus vbi Oebalio late admirabilis oſtro,

Filia Tyranni.

Et capiti diadema ferens fulgebat Orontes,
Lesbiaq. adſtabat, diro hoc haud digna parente,
Coccineis ſpectanda genis, multumq. decore

Fuſa

*Fuſa puellares per eburnea colla capillos,*
*Lesbia ceruicem, crineſq effuſa Sabæi*
*Littoris vnguentis, qualis per amœna Dianæ*
*Arua comes graditur Naias Erymanthidos antri,*
*Exercetq. choros, flauamq obuoluere ventis*
*Cæſariem laſciua dedit, pictamq pharetram,*
*Spiculaq. armatis humeris ſuſpendit, & arcum,*
*Labra roſas, oſtrumq. rubens ſuperantia claudunt,*
*Lydius auriferis quas non rigat alueus vndis*
*Candentes gemmas, formoſaq. pectora vincunt*
*Sauromatum candore niues, & lilia Pæſti;* Roſariũ in Campania.
*Ac velut Eois Solem prænuncia regnis*
*Anteuolat redimita roſis Tithonia coniux,* Aurora.
*Sic vaga odoratis frontem decorata lyguſtris*
*Virginis ora nitent, varijs cui lucida gemmis*
*Impoſita efulgent niueis talaria plantis;*
*Dant radios tereti ſtellata monilia collo,*
*Inq. ſinum collecta cadunt, & Apollinis axi,*
*Aut Phaetontæo non conceſſere decori,* A Phaetonte ſolis filio.
*Proximus Amphicreon proles metuenda Tyrãni*
*Cuſpidis arboreæ trunco ſtat nixus amico,* Filius Tyranni Hiruſalem
*Et Tyriam indutus clamydẽ, quã plurima cõchis*
*Purpura Sydonijs circum ſaturata cucurrit,*
*Iuſſerat ire leues cantorum ad plectra choreas.*
*Cum media, ignitos oculos ſuffuſa veneno*
*Conſtitit Alecto, fuditq. hanc pectore vocem.*
*Tu ne ita Dardanium noſcis properare furorem,*
*Fulgidus exuuijs, ſolioq. innixus eburno,*



Digitized by Google

Vnus ex Gigantibus a Ioue fulmine deiectis.

*Nititur Enceladus, contratonat arduus æther*
*Sponte, nec indicto coeunt caua nubila ſigno,*
*Præcipites ſerpunt olli per tergora fontes,*
*Oraq conceptos expirant fulminis ignes,*
*Stat læua de parte premens Teribenthida vallem*
*Alterius non mole minor moriturus habena*

Goliath a Dauid interfectus.

*Paſtoris, proprioq, Gigas ferro ictus anhelat,*
*Intus odoratis tecti faſtigia cedris*
*Fatidici finxere ſenis laqueata triumphos,*

Moſis.

*Cernitur ille vagas Nili fluitantis arenas*
*Sanguineis mutare vadis orbiq. refulget*
*Delius at Pharios nubes tegit horrida campos.*

Sol.

*Triſtibus Abrahamidæ celerant abſcedere tectis,*
*Oceanumq petunt, Solyſq. verendus ab altis*
*Imperat Omnipotens, rubicunda recedere ponti*
*Aequora tunc muri in faciem, geminataq. turmas*
*Naufraga purpurei circum iacet aula perfundi,*
*Intrat, & vndoſis Pharao tumulatur in antris,*
*Armigeræq. manus rapidiq in gurgite currus*
*Cornipedumq. acies fuſiq per æquora nantes,*
*Præcipitant, at teſqua petens abit inclyta pubes,*
*Sic ibi celarat redimentem flumine terras*
*Nerea docta manus, toruiq aurata Tyranni*

Tyrānus Hyeruſalem.

*Vndiq. Hydaſpæis ſedes radiabat arenis,*
*Sæuus vbi Oebalio late admirabilis oſtro,*

Filia Tyranni.

*Et capiti diadema ferens fulgebat Orontes,*
*Lesbiaq. adſtabat, diro hoc haud digna parente,*
*Coccineis ſpectanda genis, multumq. decore*

*Fuſa*

*Fuſa puellares per eburnea colla capillos,*
*Lesbia ceruicem, crineſq; effuſa Sabæi*
*Littoris vnguentis, qualis per amœna Dianæ*
*Arua comes graditur Naias Erymanthidos antri,*
*Exercetq. choros, flauamq. obuoluere ventis*
*Cæſariem laſciua dedit, pictamq. pharetram,*
*Spiculaq. armatis humeris ſuſpendit, & arcum,*
*Labra roſas, oſtrumq. rubens ſuperantia claudunt,*
*Lydius auriferis quas non rigat alueus vndis*
*Candentes gemmas, formoſaq. pectora vincunt*
*Sauromatum candore niues, & lilia Pæſti;* Roſari in Campania.
*At velut Eois Solem prænuncia regnis*
*Anteuolat redimita roſis Tithonia coniux,* Aurora.
*Sic vaga odoratis frontem decorata lyguſtris*
*Virginis ora nitent, varijs cui lucida gemmis*
*Impoſita efulgent niueis talaria plantis;*
*Dant radios tereti ſtellata monilia collo,*
*Inq. ſinum collecta cadunt, & Apollinis axi,*
*Aut Phaetontæo non conceſſere decori,* A Phaetonte ſolis filio.
*Proximus Amphicreon proles metuenda Tyrãni* Filius Tyranni Hierusalem.
*Cuſpidis arboreæ trunco ſtat nixus amico,*
*Et Tyriam indutus clamydẽ, quã plurima cõchis*
*Purpura Sydonijs circum ſaturata cucurrit,*
*Iuſſerat ire leues cantorum ad plectra choreas.*
*Cum media, ignitos oculos ſuffuſa veneno*
*Conſtitit Alecto, fuditq. hanc pectore vocem.*
*Tu ne ita Dardanium noſcis properare furorem,*
*Fulgidus exuuijs, ſolioq. innixus eburno,*



Digitized by Google

*O nimium ſtirpis, regniq. oblite tuorum?*
*Non ne vbi ſydereos quarto decorauerit axes*
*Purpureis Aurora roſis Phœbumq. reducet*
*Cernere erit Rutulos, ferro, pharetriſq minaces*
*Depopulare domos, & ferre incendia campis?*

Quoniã ırus Lu e a Tau s trhia- r. ngelus.

*Quin mihi præcipites dum Phœbe argẽtea Tauros*
*Heſperijs inferret aquis multumq. ſequentis*
*Palleret fratris radio, prolapſus ab alto*
*Pulchrior alitenens Diuum, interpreſq. Tonantis,*
*Teſtor vtrumq. caput, iuſſit te ad torua mouere*
*Bella, & inardeſcens roſea ceruice refulſit.*
*Unde age rumpe moras, armari funditus vrbem,*
*Martiaq. armorum Solymæ dic turribus altis*
*Signa dari, curuiq. ſonent fera carmina cornu:*
*Dixit, & abſiliens tecto ſe immiſcuit auris,*
*Gorgoneumq manu diri iaculata ceraſtem*
*Verticis, immanes dubij glomerauit in armos,*
*Olli dira lues ſpiris ingentibus oris*
*Verberat, & flexis circum rotat ilia giris,*
*Nec Solio miſer arma tacet furor improbus iras*
*Excitat extinctas, bellumq. accendit Enyo,*
*Hic ſtabulis educit equum rapit ille comantem*
*Terrificis galeam criſtis, conflantur in enſes*
*Incuruæ falces, Clypeiq. incudibus orbes:*
*Qualiter Aetneis vaſti Cyclopes in antris*
*Incubuere operi, & riuis fornace pererrant*
*Incenſi calybes, ingenſq fragoribus arcus*
*Murmurat internæ rupis, dum brachia tollunt*

*Sul-*

*Sulphureus Brontes, atq. igneus ore Pyracmon.*
*Verùm pulſa metu tenuiq haud territa fama,* Duo Cyclopes.
*Corda tremunt, nec ſponte viri clauſiſſe decoris*
*Ora calent galeis, ille ægrum in morte parentem*
*Aſpicit, ille genis lachrymas fluitare cadentes*
*Ingemit vxoris, languentq. annoſa vetuſto*
*Mœnia multa ſitu, Regis tamen vrget iniqui*
*Enſibus imperium patria pro ſede moueri.*
*Ille autem hac, illaq oculos, ac turbida voluit*
*Ora, & in excelſis murorum horrentia pinnis*
*Sulphura diſponit, pingueſq. bitumine concas.*
*Nec ſecus imbellis lupus expugnator ouilis*
*Fulgurat & ſordes eructat fauce cruores,*
*Abſiliens clauſtro, magniq. haud inſcius auſi*
*Cernit anhelantes telorum turbine turmas;*
*Dũq. ea Dux ſolymæ, ſtetit anxius arce ſuprema*
*Armiger, et belli nubem Terebinthide campo* Valis apud Hyeruſalem.
*Nouit, inexhauſto radiantem lumine Phœbi,*
*Nec tacuit proprios trepidanti voce pauores,*
*Romuleos acie montana cacumina Reges*
*Linquere, & educto campis procurrere ferro.*
*Unde ideo commoti omnes, agitataq. vulgi*
*Corda tremunt. ſed torua ferox rapit arma iuuẽtus,*
*Et circum intrepida muros cinxere corona,*
*Buccina triſtè canens ſonitu procul æthera complet*
*Et puer Amphicreon clypeoq. horrendus, & haſta*
*Fulgurat, ac populos incedens vrbe pauentes*
*Hortatur (ſqualletq. caput metuenda ſupernè*

*Anguibus hydra tumens fuluoq. igneſcit in auro)*
*Siſtite magnanimi. & vires mihi pandite, vires,*
*Ingenteiſq. efferte manus, queis perdere Romam*
*Exiguum ſit Martis opus, iam talia noſtis*
*Elatis iactaſſe animis; illi agmine denſo*
*Marmoreis late conſpecti in turribus horrent,*
Vxor Tyranni Orontis. *Atq. choris Regina parens comitata ſuarum*
*Marmoreum ad templum luces deiecta decoras*
*Effuditq preces, cælumq. inuota vocauit.*
*Contere, tela Deus Rutuli prædonis, & arcu*
*Dardanias proſterne acies, ac deice currus,*
*Exitium ne tuæ cælo patiere ſilenti*
*Vrbis? & indomitos dudum ſeruare Latinos*
*Fulminis ira poteſt? rapitur tibi vulgus, & omnis*
*Matrum mæſta chuors, patrias da vincere dextras,*
*Fer propere auxilium, Solymiſq intende Maniplis.*
*Non tamen Alecto hic primos vbi viſa furores*
*Eſt auciſſe ſatis, totamq. furentibus vrbem*
*Accenſam belli furijs, per inane volatus*
*Colligit, at nigra pictis caligine Regis*
*Inſigne ad Tyrij tectum perlabitur alis.*
*Ille autem ardenti placidum ſub Sole ſoporem*
*Carpebat, cum torua feras mutauit echidnas*
*Verticis horrendi faciemq induta ſenilem,*
Nutris filiæ Orontis. *Fit Lothæ deformis anus, cui Lesbia primum*
*Vbera, lactificoſq. bibit pulcherrima fontes.*
*Et iuuenem verbis affatur talibus vltro,*
*Anfidama impauidas etiam nunc luce quietes*

*Car-*

Digitized by Google

Carpis & Auſonijs murus circum ſonat armis,
Agminaq. Aeneadum latis deſcendere campis?
Cernit amica Syon, Solymaſq incendere meſſes.
Non ego connubium meditor, tædaſq iugales
Lesbiæ vt optata ſomni educantur in vmbra,
Intereaq. omnem ſubuertat funditus arcem
Dardanus, patriaſq vorent incendia meſſes,
Duc age Orontiadum campis leuia inclitus arma
Et procul in medijs plantarum examine Syluis,
Furtim bella pares, norint trucis agmina Titi
Phoenicem, et Tyriũ Rutuli experiantur in armis.
Hæc vbi dicta facem geminoſq inamabilis angues
Verticis eiectans, Martem in præcordia torquet.
Olli autem immanes ſudor rigat humidus artus,
Arma amẽs fremit arma thoro, imperterritus hoſtẽ
Expetit, & portis Solymæ bipatentibus exit.
Talis vbi infractis aurigæ illuſit habenis
Acer equus, campoq liber diffugit aperto,
Aut ibi gramineis turbat pede fontibus vndas,
Aut dilecta fremens herbarum in paſcua tendit,
Et rigidæ impexum tollit ceruicis honorem.
Tercentum inſignes metuendo examine Regi
Aſſiſtunt lecti iuuenes, notoq. viarum
Ordine luſtra petunt; gemini proculecce malignis
Cautibus ingentes nemoroſa cacumina colles
Attolunt aſtris, late quos atra propinqui
Vmbra iugi, & crebris celant loca frondea ramis,
Bellorum natura dolis, adytumq. latentem

Rex Phoeniciæ rebellis Imperio.

Sic dicti Romani ab Aenea Progenitore.

Acies Aegypti. *Proximus e Pharÿs agmē mouet urbibus Athō*
*In numerum ſceptro, queis non lorica nec ingens*
*Triſte nitet clypeus, Lybię maculata ferarum*
*Terga præmūt humeros, incluſaq. tela pharetris.*
Frontis Tauri ſigni cœleſtis. *Tot, neque Agennoreæ cum Sol ſubit aurea frontis*
*Cornua, pallentes vyolę iuga montibus ornant,*
*Nec tot in arboribus volucrum ſe millia condunt,*
*Triſtis vbi imbriferas Auſter cœlo explicat alas,*
*Quot ruit immixtis Aegyptus Barbara turmis.*
*Memphis adeſt, Babilona rapit, ditemq. Canopum,*
*Fama ingens toruoq fremunt examine Thebę,*
*Nec ſilet Abydos, radÿsq. exuſta Syene,*
*Quiq. Atlantiacas Maurorum efinibus vrbes*
*Deſtituunt, quiq Eoo de littore Solim*
*Aſpiciunt rubeos ſpargentem lumine fluctus.*
Acyes Campaniæ. *Tuquoq. frondenti galeam crinitus oliua*
*Arma cies, agilemq. manu moliris habenam*
*Inclyte Capaneu, vatem Parnaſſia pandunt*
*Vellera. Parthenope Regem comitata coronat,*
*Molaniq. fremunt vna, & Sebethides orę,*
*Euboicæq manus Cumæ, & Caieta ſequuntur.*
*Hunc rapide aprico ſonipes generoſus in aruo*
*Euehit arma petens, ſpumantia dentibus horrent*
*Vincula & inſtratus virgatam vellere Tigrim*
*Tollit inexplicitos pulſati pulueris orbes.*
*Nec procul ardenti ductrix Laurinda metallo*
*Fulget: eam circum glomerātur Amazones armis*
*Indomitæ, & curuis aſſuetæ in prælia peltis.*

*Non*

*Non, aliter quam cum ſaxoſæ rupis ab alto*
*Præcipitat crinita iugo lea, turbinis inſtar*
*Proſequitur veſana phalanx, matremq. coronat.*
*Hæc fera Alexandri laudum ſoror æmula virgo,*
*Dedignata manu telas, calathosq. Mineruæ*
*Tractare, & mirrha crines adolere Sabæa,*
*Armatis eſt auſa viris concurrere ferro,*
*Illam omnes, Regumq. acies, hominumq. phalanges*
*Mirantur, formoſa manu vt contrectet habenas*
*Cornipedum, rutiletq. armis, vt purpura vultus*
*Intermixta niues ornet, flauuſq. comarum*
*Spargat honos leues humeros, vt ærea caſſis*
*Fulguret, Hyblææq. micent vmbone volucres.*
*Secum Flora ſuos mouet, & turrita phalanges*
*Sena rapit, comiteſq. cient Cluſina feroces*
*Mœnia, & intrepidas armis Arretia turmas,*
*Piſæos fama ipſa choros, Choryſiq. catheruas*
*Vrget, & indomitas bruma, & Borealibus auris*
*Apennini colas instructo examine dextras.*
*Aſt eques, & totum proſpectans deſuper agmẽ*
*Vertice Romuleos ad bella Euſtachius vrget*
*Cui laterum tractus, humeroſq. & pectora late*
*Ferrea ſuta tegunt, capiti nitet horrida, caſſis*
*Auratis crinita iubis, ille arduus ille*
*Arboream vibrat quercum, quam magnus Orion*
*Cuſpide ſanguinea liquidis ſe attollere campis*
*Sueuit, & indomitos Neptunni euertere fluctus,*
*Illius inſignis clypeo Regina volucrum*

*Ar-*

*Argento cęlata nitet, lateq. reſulgens*
*Vnguibus auratum rapidis Pithona ſuperſtat.*
*Vade age bellipotens fœlici ſtemmate miles*
Hebræos ab Abraham. *Vade. & in Abrhamidas ferrũ conuerte ſuperbos,*
*Tempus erit, radians iterum quo tale Quirinis*
*Tergemina ardebit populis inſigne corona,*
*Et procul aſpectu Armenios, ipſumq. ferocem*
*Regnatorem Aſię proprijs terrebit in oris.*
*Vos quoq fœlices, ite hoc ſub principe turmę*
*Auſonidumq. chori, ſæuoq. examine Samnis,*
*Harpæniq. truces, Sabiniq. accola campi,*
*Herniçaq arma virum, Nurſinęq. agmina rupis,*
*Fulgineiq manus iuuenum, duriq Camærtes,*
*Doricaq vrbs Ancon fidei comiteſq. Truenti.*
*Tum gemini ferro iuuenes Theopiſtus, & ingens*
*Frater Agaps in bella ruunt, ſpectanda iuuentus,*
*Et nitidi ante acies media inter tela reſulgent.*
*Sic quoq flauentes Pagaſea velleris Argo.*
*Caſtor opes, Polluxq. ſimul perflantibus Auſtris,*
*Regnaq. Theſſalicis adierunt Colchida regnis,*
*Vltimus illuſtri ſubit admirabilis auro*
*Veſpaſianiodes, clypeiq effulget ahena*
*Luce ſolent quales crinito ardore Comætę,*
*Cęſariem igniuomam medijs extendere in aſtris,*
*Ac veluti. Eridanus fluuiorum pręcipitat rex,*
*Tecta trahens, arbuſta ferens, armentaq cornu*
*Euehit vndiuago, dantq humida ſaxa fragorem;*
*Sic populi tremuere viros, adytumq. dederunt*
*Vn-*

*Vndique Martigenis hoſtilia regna Latinis.*
*Interea elato Solymæ proſpexit ab arcis*
*Culmine Tartarei monſtrum furiale Barathri* Alecto.
*Fulgentes clypeos & multum ardentia Solis*
*Lumine tela virum, ſpectandaſq; ære cateruas.*
*Quare ibi ſanguineam faciem, atq; immania mẽbra*
*Deſinit, & custos aræ templiq; Sacerdos*
*Fingitur Anadreon, Regaliſq; atria tecti*
*Intrat & antiquos mentitur imagine vultus.*
*Vrbs metuenda Syon Sublimi è vertice collis*
*Turribus aerijs cœloq; minatur, & aſtris,*
*Intus habet fontes circum ſitit aggeris herba,*
*Axe leonæos cum Sol ſubit igneus artus,* Leonem
*Et procul extremos vrit Canis æſtifer Indos.* cœleſtẽ.
*Nec virides ſyluæ, nec mirtus odora, nec ornus*
*Cæruleam crebris vmbrant prope frondibus æthrã,*
*Aſt vbi florilago ſurgens fugat aſtra flagello*
*Purpureas reſoluta comas prænuncia Phœbi,* Aurora.
*Stant rapidi Iordanis aquæ, tumet aula profundi* Flumen in Syria.
*Primus vbi Herculeis Solem ſubit Heſperus vndis* Sinus Atlanticus.
*Humidaq; incuruis prætexitur ora carinis.*
*At medium turres, & inane palatia tecto*
*Irrupere Syon, quæ pulſa potentibus armis*
*Tergemino obſiſtit murorum accincta theatro,*
*Atria regis vbi ſublimibus alta columnis*
*Ante ipſas habuere fores ſcopuloſa Gigantum* Portæ Palatij regalis,
*Pectora, marmoreoſq; humeros; vbi culmina Tauri*
*Pangæos ſcopulos, & iungere Pelion Oſſæ*

Vnus ex Gigantibus a Ioue fulmine deiectis. *Nititur Enceladus, contratonat arduus æther*
*Sponte, nec indicto coeunt caua nubila ſigno,*
*Præcipites ſerpunt olli per tergora fontes,*
*Oraq. conceptos expirant fulminis ignes,*
*Stat læua de parte premens Teribenthida vallem*
*Alterius non mole minor moriturus habena*
Goliath a Dauid interfectus. *Paſtoris, proprioq. Gigas ferro ictus anhelat,*
*Intus odoratis tecti faſtigia cedris*
*Fatidici finxere ſenes laqueata triumphos,*
Moſis. *Cernitur ille vagas Nili fluitantis arenas*
*Sanguineis mutare vadis, orbiq. refulget*
*Delius at Pharios nubes tegit horrida campos.*
Sol. *Triſtibus Abrhamidæ celerant abſcedere tectis,*
*Oceanumq. petunt, Solyſq. verendus ab altis*
*Imperat Omnipotens, rubicunda recedere ponti*
*Aequora tunc muri in faciem, geminataq. turmas*
*Naufraga purpurei circum iacet aula perfundi,*
*Intrat, & vndoſis Pharao tumulatur in antris,*
*Armigeræq. manus rapidiq. in gurgite currus*
*Cornipedumq. acies fuſiq. per æquora nantes,*
*Præcipitant, at teſqua petens abit inclyta pubes,*
*Sic ibi celarat redimentem flumine terras*
*Nerea docta manus, toruiq. aurata Tyranni*
Tyrãnus Hyeruſalem. *Vndiq. Hydaſpæis ſedes radiabat arenis,*
*Sæuus vbi Oebalio late admirabilis oſtro,*
Filia Tyranni. *Et capiti diadema ferens fulgebat Orontes,*
*Lesbiaq. adſtabat, diro hoc haud digna parente,*
*Coccineis ſpectanda genis, multumq. decore*

*Fuſa*

*Fuſa puellares per eburnea colla capillos,*
*Lesbia ceruicem, crineſq̃ effuſa Sabæi*
*Littoris vnguentis, qualis per amœna Dianæ*
*Arua comes graditur Naias Erymanthidos antri,*
*Exercetq. choros, flauamq. obuoluere ventis*
*Cæſariem laſciua dedit, pictamq. pharetram,*
*Spiculaq. armatis humeris ſuſpendit, & arcum,*
*Labra roſas, oſtrumq. rubens ſuperantia claudunt;*
*Lydius auriferis quas non rigat alueus vndis*
*Candentes gemmas, formoſaq. pectora vincunt*
*Sauromatum candore niues, & lilia Pæſti;* Roſar. in Campania.
*At velut Eois Solem prænuncia regnis*
*Anteuolat redimita roſis Tithonia coniux,* Aurora
*Sic vaga odoratis frontem decorata lyguſtris*
*Virginis ora nitent, varijs cui lucida gemmis*
*Impoſita efulgent niueis talaria plantis;*
*Dant radios tereti ſtellata monilia collo,*
*Inq. ſinum collecta cadunt, & Apollinis axi,*
*Aut Phaetontæo non conceſſere decori,* A Phatonte f[...]
*Proximus Amphicreon proles metuenda Tyrãni* lis filio
*Cuſpidis arboreæ trunco ſtat nixus amico,* Filius T[...]
*Et Tyriam indutus clamydẽ, quã plurima cõchis* ranni H[...]
*Purpura Sydonijs circum ſaturata cucurrit,* ruſalem
*Iuſſerat ire leues cantorum ad plectra choreas.*

*Cum media, ignitos oculos ſuffuſa veneno*
*Conſtitit Alecto, fuditq. hanc pectore vocem.*
*Tu ne ita Dardanium noſcis properare furorem,*
*Fulgidus exuuijs, ſolioq. innixus eburno,*

O nimium ſtirpis, regniq. oblite tuorum?
Non ne vbi ſydereos quarto decorauerit axes
Purpureis Aurora roſis Phœbumq. reducet
Cernere erit Rutulos, ferro, pharetriſq minaces
Depopulare domos, & ferre incendia campis?
Quin mihi præcipites dum Phœbe argẽtea Tauros
Heſperijs inferret aquis multumq. ſequentis
Palleret fratris radio, prolapſus ab alto
Pulchrior alitenens Diuum, interpreſq. Tonantis,
Teſtor vtrumq. caput, iuſſit te ad torua mouere
Bella, & inardeſcens roſea ceruice refulſit.
Vnde age rumpe moras, armari funditus vrbem,
Martiaq. armorum Solymæ dic turribus altis
Signa dari, curuiq. ſonent fera carmina cornu:
Dixit, & abſiliens tecto ſe immiſcuit auris,
Gorgoneumq manu diri iaculata ceraſtem
Verticis, immanes dubij glomerauit in armos,
Olli dira lues ſpiris ingentibus oris
Verberat, & flexis circum rotat ilia giris,
Nec Solio miſer arma tacet furor improbus iras
Excitat extinctas, bellumq. accendit Enyo,
Hic ſtabulis educit equum rapit ille comantem
Terrificis galeam criſtis, conflantur in enſes
Incuruæ falces, Clypeiq. incudibus orbes:
Qualiter Aetneis vaſti Cyclopes in antris
Incubuere operi, & riuis fornace pererrant
Incenſi calybes, ingenſq fragoribus arcus
Murmurat internæ rupis, dum brachia tollunt

Quoniã
...urus Lu
...æ a Tau
...ĩs trhia-
...ur.
...ngelus.

Sul-

*Sulphureus Brontes, atq. igneus ore Pyracmon.* Duo Cyclopes.
*Verùm pulſa metu tenuiq haud territa fama,*
*Corda tremunt, nec ſponte viri clauſiſſe decoris*
*Ora calent galeis, ille ægrum in morte parentem*
*Aſpicit, ille genis lachrymas fluitare cadentes*
*Ingemit vxoris, languentq. annoſa vetuſto*
*Mœnia multà ſitu, Regis tamen vrget iniqui*
*Enſibus imperium patria pro ſede moueri.*
*Ille autem hac illaq oculos, ac turbida voluit*
*Ora, & in excelſis murorum horrentia pinnis*
*Sulphura diſponit, pingueſq. bitumine concas.*
*Nec ſecus imbellis lupus expugnator ouilis*
*Fulgurat & ſordes er-ctat fauce cruores,*
*Abſiliens clauſtro, magniq. haud inſcius auſi*
*Cernit anhelantes telorum turbine turmas;*
*Dũq. ea Dux ſolymæ, ſtetit anxius arce ſuprema*
*Armiger, et belli nubem Terebinthide campo* Valis apud Hyeruſalem.
*Nouit, inexhauſto radiantem lumine Phœbi,*
*Nec tacuit proprios trepidanti voce pauores,*
*Romuleos acie montana cacumina Reges*
*Linquere, & educto campis procurrere ferro.*
*Unde ideo commoti omnes, agitataq. vulgi*
*Corda tremunt. ſed torua ferox rapit arma iuuẽtus,*
*Et circum intrepida muros cinxere corona,*
*Buccina triſtè canens ſonitu procul æthera complet*
*Et puer Amphicreon clypeoq. horrendus, & haſta*
*Fulgurat, ac populos incedens vrbe pauentes*
*Hortatur (ſqualletq. caput metuenda ſupernè*

 *An-*

Digitized by Google

*Anguibus hydra tumens fuluoq. igneſcit in auro)*
*Siſtite magnanimi: & vires mihi pandite, vires,*
*Ingenteiſq. efferte manus, queis perdere Romam*
*Exiguum ſit Martis opus, iam talia noſtis*
*Elatus iactaſſe animis; illi agmine denſo*
*Marmoreis late conſpecti in turribus horrent,*
Vxor Tyranni Orontis. *Atq. choris Regina parens comitata ſuarum*
*Marmoreum ad templum luces deiecta decoras*
*Effuditq preces. cœlumq. inuota vocauit.*
*Contere, tela Deus Rutuli prædonis, & arcu*
*Dardanias proſterne acies, ac deice currus,*
*Exitium ne tuæ cælo patiere ſilenti*
*Vrbis? & indomitos dudum ſeruare Latinos*
*Fulminis ira poteſt? rapitur tibi vulgus, & omnis*
*Matrum mœſta choors, patrias da vincere dextras,*
*Fer propere auxilium, Solymiſq intende Maniplis.*
*Non tamen Alecto hic primos vbi viſa furores*
*Eſt auciſſe ſatis, totamq. furentibus vrbem*
*Accenſam belli furijs, per inane volatus*
*Colligit, at nigra pictis caligine Regis*
*Inſigne ad Tyrij tectum perlabitur alis.*
*Ille autem ardenti placidum ſub Sole ſoporem*
*Carpebat, cum torua feras mutauit echidnas*
*Verticis horrendi faciemq induta ſenilem,*
Nutris filiæ Orontis. *Fit Lothæ deformis anus, cui Lesbia primum*
*Vbera, lactificoſq. bibit pulcherrima fontes.*
*Et iuuenem verbis affatur talibus vltro,*
*Anſidama impauidas etiam nunc luce quietes*

*Car-*

Carpis, & Auſonijs murus circum ſonat armis,
Agminaq. Aeneadum latis deſcendere campis?
Cernit amica Syon, Solymaſq incendere meſſes.
Non ego connubium meditor, tædaſq iugales
Lesbiæ vt optata ſomni educantur in vmbra,
Intereaq. omnem ſubuertat funditus arcem
Dardanius, patriaſq vorent incendia meſſes,
Due age Orontiadum campis leuia inclitus arma
Et procul in medijs plantarum examine Syluis,
Furtim bella pares, norint trucis agmina Titi
Phoenicem, et Tyrũ Rutuli experiantur in armis.
Hæc vbi dicta facem geminoſq inamabilis angues
Verticis eiectans, Martem in præcordia torquet.
Olli autem immanes ſudor rigat humidus artus,
Arma amẽs fremit arma thoro, imperterritus hoſtẽ
Expetit, & portis Solymæ bipatentibus exit.
Talis vbi infractis aurigæ illuſit habenis
Acer equus, campoq liber diffugit aperto,
Aut ibi gramineis turbat pede fontibus vndas,
Aut dilecta fremens herbarum in paſcua tendit,
Et rigidæ impexum tollit ceruicis honorem.
Tercentum inſignes metuendo examine Regi
Aſſiſtunt lecti iuuenes, notoq. viarum
Ordine luſtra petunt; gemini proculecce malignis
Cautibus ingentes nemoroſa cacumina colles
Attolunt aſtris, late quos atra propinqui
Vmbra iugi, & crebris celant loca frondea ramis,
Bellorum natura dolis, adytumq. latentem

Rex Phœniciæ rebellis Imperio.

Sic dicti Romani ab Aenea Progenitore.

Fraudibus extruxit, triſtes petit horrida rupes
Semita, funereumq. illic iam fauce venenum
Anguis, & ignitos efflauit lubricus æſtus.
Pectoribus ſæpe oſſa furens ſemeſa voratis
Liquit, vt aduerſos luſtraret perfidus agros.
Si quis ibi ignarus ſyluæ per opaca viator
Teſqua, et in explicitas peteret nemora inuia frõdes
Nec mora quin campis corpus reuolubile voluens,
Sanguineoſq. acuens vngues, rictuq. cruento,
Applauſu horribili, miſeri ſtaret obuius ore,
Donec Ituræi rapida confixus ab orno,
Dum circum obiectas macularet ſanguine glebas,
Arcanis lugubre animam expirauit in antris.
Pandunt luſtra nefas, laſciuæ aduerſa capellæ
Gramina formidant, Tigres, diriq. Leones
Horreſcunt latebras, nullis iuuat vmbra Napæis,
Nec Driades tenuere nemus, Fauniue bicornes.
Ipſe etiam infauſtæ noctis timuere volucres
Teſqua, at Orontæis abſcedens perfida tectis
Huc properat moritura phalanx, aciemq. Latinam
Roboreis adnexi haſtis, clypeoſq. ferentes
Expectant, multaq. locum ſtatione coronant.
Verùm vbi in elati frondoſa cacumine collis
Fraxinus æthereas capite erumpebat in auras,
Deſpiciens latè campos, vmbroſa Lanubis
Brachia conſcendit, Romanumq. eminus agmen
Veſtigat, nemori donec Tyrrhenus opaco
Alexan-der. Adſtitit, atq. ſonum rapidi emiſere iugales.

FINIS PRIMI LIBRI.

Digitized by Google

# EXPVGNATÆ HIERVSALEM

## LIBER SECVNDVS.

### ARGVMENTVM

Abrhamidæ incurrunt ferro, atq. Oenotria pubes.

*LAnguidus Herculeam Calpes intrauerat vndam*
*Purpureis inuectus equis, roſeamq lauabat*
*Cynthius amne comam, Nympharumq. agmina circum,* **Sol.**
*Et rapidis celeres inſtabant paſſibus horæ,*
*Dentibus ignipedum canæ niuis imber eburnis* **Equi Solis.**
*Durebat, croceoſq. humeris reſoluta capillos*
*Axe coruſcabat terris argentea Phœbe,* **Alexander.**
*Iamq. peragrabat Syluam Tyrrhenus, & antro*

*Vi-*

*Viderat arma, virum; galeaſq. horrere comantes.*
*Cum Solymas lõge ante acies, & ab aggere ſummo*
*Fulgurat Anfidamas, paribuſq. erumpit, inarmis,*
*Atq. vti lunato, curuis aper improbus ore*
*Dentibus infrendens, ſetaſq erexit, & ignes*
*Verſat ab alterutris metuendæ lucibus iræ*
*Sic Rutulis Dux arma mouens telum impulit arcu,*
*Et nunc pila manu vibrans, nunc lecta pharetræ*
*Tela ſagittiferæ fugientum intergora torquet.*
*Iamq. neci prolem ſtrauit Dydimaonis Herſen,*
*Quem prope cycniferæ ſtagnantia regna Paduſæ*
*Pulchrior Eridani Nimpha eſt enixa rapacis,*
*Huius, eum ſonipes lymphata per agmina portans,*
*Fregerat inciſis ſpumantia frena lupatis,*
*Cum rapide hoſtilis telum immedicabile cornu*
*Adſtitit, & miſeri præcordia cuſpide figens,*
*Impulit infractis trepidantia viſcera tergis,*
*Illum autem ſublime ferens, quatit vngue iugalis*
*Pulnerulentus humum, atq. immania corpora dorſo*
*Sentit adhuc, qualis funeſtæ in terga ſecuris*
*Verbere Centauri ceruix concuſſa pependit,*
*Nec procul arboream quatiens Epidaurius ornum,*
*Ergebat clamore acies, cum tortilis arcum*
*Principis haſta fugens, media inter tempora trũcũ*
*Liquit, & infixa cuſpis ceruice reſedit,*
*Ille premit proſtratus humum, ſtatq. ore cruento*
*Ornus, & educto ſpargit grauia arma cerebro,*
*Ac veluti aggeribus primo lea ſanguine ſordens*
*Omne*

...di bra...ium ...rſus Ra...nnam.

Digitized by Google

*Omne rapit ſternitq. pecus, ſic Aemona telo*
*Trāſegit, enſe Pylen, geminoſq. Achamātides haſta.*
*Iunxerat Auſonijs Heliconius arma Lycaſtes,*
*Candida cui ſacros redimibat vitta capillos*
*Ante ſacer Phœbo, triſtiſq. huic conſcia lethi*
*Iunxerat Vraniæ Latijs abſcedere campis.* Muſa [illegible] uiatrix Aſtrolo[illegible] giæ.
*Ille tamen lauru, & fœlici comptus oliua,*
*Nixus Apollineum curuabat viribus arcum,*
*Ferrea tela mouens, fortaſſe vt carmine pugnas*
*Diceret, at medias eiecta repente per auras*
*Anſidamantis adeſt ſugens rigida haſta cruorem,*
*Et vatem aduerſis moriturum aclinat arenis.*
*Hoc ſuper armipotens Tyrius pallentia morti* Anſida[illegible] mas q[illegible] rex Ty[illegible]
*Corpora multa manu perhibet, perq. agmina bigas*
*Impellit, curruq. putes præuertere ventos.*
*Verum ibi Alexander quatiens incedit Etruſcā*
*Pinum, & cornipedes impellit ab axe citatos,*
*Cornipedes quos Nimpha iubis, Zonaq. rubenti*
*Ornarat formoſa parens, & purpura circum*
*Ibat Amadriadum manibus vigilata ſororum,*
*Quos vbi præcipiti conſueta per arua rotatu*
*Candida proſpexit Lyrias, celerare rapacis* Vna A[illegible] diadun[illegible]
*Arni, & inardentes morſu verſare ſmaragdos;*
*Ite age fœlices, inquit, queis frena mereri*
*Principis, & tantis licuit parere lupatis,*
*Siue illum Heſperijs inter iuga ſaxea campis,*
*Aut Syriæ præfertis humo, ſiue vltima Nili*
*Littora, & ignotas curru exploratis arenas,*

*Pur-*

Digitized by Google

Purpurei cedant vobis, aurata iugales,
ai So- Atria qui peragunt Solis, Pyroiſq. ſuperbus
Ignituſq Phlegon, pernixq. Eous, & Aethon.
Atq vti ſublimis glacialia teſqua Nyphatis
Deſerit Euphrates, & qui modo murmure rauco
Exiguis fluitabat aquis, nunc æquora cornu
Diuidit & bellum ſpumantibus ingerit vndis.
Aut vti dumoſum collis latus horrida traxit
Turbine hyems, mouitq. iugis annoſa vetuſtas,
Tecta ſimul, ſedeſq. ouium, ac magalia paſſim
Præcipitat, rapidiſq. vias intercipit vndis;
Talis Alexander peritura per agmina curſu
Verberat Iſæum, & Midam procera Gigantum
Pectora, at Oſtmiadi gemina inter tempora ferrum
Exigit: auriferos Tyrrheni vt vidit amictus
lexan- Næuius, Aonij modulator arundine cantus
Preſſit equum, telumq. manu irremeabile torſit,
Neuius Hebrææ correptus amore Polymnis,
Cui pater optatum tedas Hymenea iugales
Sponderat, & dulces iuncturum fœdere noctes,
Necdum purpureos pueri lanugine vultus
Flauenti pingebat adhuc firmata iuuentus,
dor. Atq. humor æſtiuus, nocturni vt copia roris
Purpureis hinc inde genis prolapſus abibat,
Fulgebatq. iratis oculis noua gratia, puluis
Umbrabat lene frontis ebur, velut aurea nubes
Ignipedeſq. inuoluit equos, & Apollinis axem,
Dum procul ardenti radios expirat in æthra,

Vt

*Vt nerum armato Tyrrheni excuſſa lacerto* Alexandri.
*Martia cornus adeſt, & candida pectora figit,*
*Obruit infœlix letho, gelidoſq. per artus*
*Sanguis it, & ceruix collapſa in terga recumbit,*
*Purpureus veluti cum falce reſectus auara*
*Languidus occumbit flos, expallenſue Hyacintus*
*Emoritur, folijſq. premit redolentibus aruum,*
*Aſt vbi mortali cedentia lumina ſomno*
*Vidit, & ora modis Eutrides pallida miris* Nomen Patronymicum Alexandri ab Eutreo patre.
*Subſtulit exanimem, fugienteſq. increpat vltro,*
*Et caput occiduum, pingueſq. cruore capillos*
*Præbet habere ſuis, patrioq. ardere ſepulchro.*
*Inde armis maior volans ad præmia, curſu*
*Præcipitat, ceu triſte furens tigris omne relinquit*
*Molle pecus tepidoq. fremens in ſanguine gaudet*
*Horrere, atq humeris inſtare Erymanthidos apri.*
*Iamq. axis tetroq. calent, iam lubrica tabo*
*Frena, rubent phaleræ ſordeſcit temo, rotæq.*
*Sanguine difficiles ſtrident, terit vngula pulſu*
*Corpora functa virum, fractiſq. elabitur armis.*
*Illic ſtagnantes læta implent gramina riui,*
*Illinc armigeri lapſus ſuper ora cadentis*
*Terribilis languet ſonipes, fixuſq. cerebrum*
*Grandia ſanguineis humectat tempora gutis.*
*Talis apud noti gelida oſtia concitat Hebri,*
*Cum rapidos Gradiuus equos, illi aggere toto*
*Vngue Notos, Boreamq. ſolent præuertere curſu,*
*Barbaraq. horreſcit metuendi Trhacia vultum*

*Mi-*

Digitized by Google

*Multis infrendens tamen ille, nitentibus, armis*
*Fulgurat, & medijs iniectat lampada turmis,*
*Aſpicit Anſidamas Solymorum pectora late*
*Præcipiti dare terga fugæ, iamq. aurea campo*
*Vexilla interciſa iacent, vnde ore profatur,*
*Quis timor o Solymi? ſoluſne impune catheruas,*
*Vicerit Hebræas? animum quæ ignauia preſſit?*
*Irrita quid trepidis torpent hæc ſpicula dextris?*
*Siſtite, & his medio ferrum detorſit in hoſtes,*
*Tyrrhenoq Duci præiecta cornibus haſta*
Alexandro. *Inuadit bellum clypeo, atq. ingentibus armis,*
*At vaſti partem montis terra abripit hoſtis,*
*Saxum immane ingens, mediũ ut diſtingueret aruũ*
*Arua tenens, rapidoq. Sylex fugit icta rotatu*
*Aethera per medium, atq. infractæ caſſidis æra*
*Dentibus ilidens, ſpargit rutila arma cruore,*
*Pallidus vnde axem languenti poplite currus*
*Comprimit, inq. humeros lapſa ceruice recumbit;*
*Nec minus audaces Rutuli, galeiſq. decori,*
*Inſiſtunt ferro, & iaculis, pars maxima glandes*
*Liuentis plumbi effundit, pars tergora iactis*
*Trans adigit calamis, properat late omnis aperte*
*Gens inimica ſolo, conuerſi ad moenia tendunt*
*Quadrupedes, puluiſq globos in nubila voluit,*
*Ac veluti im̃itis, clauſtri cuſtode perempto*
*Dum liber vmbrifera captaret ab arbore ſomnos*
*Idæaſq. agreſſus oues, magalia pardus*
*Deſinit abſiliens, paſſiſq. e cædibus horrens*

*Edi-*

Digitized by Google

*Edita terribili proſpexit vulnera vultu,*
*Talis Alexander, Tyriorum in ſanguine turmas*
*Linquit, & horribilis pingui gerit arma cruore*
*Et iam purpureis Aurora elata feneſtris,*
*Antiquum arcano linquent Tithona cubili,*
*Impulit humentes vmbras, noctemq. ſequuta*
*Vndantes dedit ire comas, multumq ſequenti*
*Luce coruſcauit, nec longum elata refulſit*
*Auratis inuecta rotis Ledeia proles.*
*Cum procul Inferni monſtrum implacabile regni,* Alecto
*Vulnere deiectum curru Anfidamanta citato*
*Extulit, & Solymas ſe ſe conuertit ad arces.*
*Præcipites vrgentur equi, per opoca latenſes*
*Nubila, & igniuomis expirant naribus iras,*
*Flumina ſanguineis inſperſi Acherontica linguis,*
*Aſt vbi diſſiluit medijs dira Eumenis auris,*
*Portarumq. ablata Ducem Marathonia quercus*
*Excepit, matreſq virum nulla agmina norunt,*
*Clamorem attollunt, ingens ferit ætbera plangor,*
*Ceu raperent patrios inimica incendia muros.*
*Iamq. ad Orontææ turrita palatia ſedis,* Ab Or
*Incipit Anfidamas, ora indignantia voluens* te Tyr
*Hæc tibi Dardanius tercentum ex agmine miles.* no.
*Inuiſamq. animam, perteſaq. corpora reddit,*
*Nam ceſſere neci, quæ nunc extincta meorum*
*Pectora conteſtor, non hanc meruiſſe nec aſtu*
*Nec lacrymis veniam, ſed me me offendit iniqui*
*Vulnere dextra Ducis, verum quis funera fando*
*Expli-*

Digitized by Google

*Explicet, aut tantos auſit memorare dolores.*
*Dixit: at his medium cinctas procul ære catervas,*
*Aeneadumq. choros, rutilaſq. ardore metalli*
*Dardanias aquilas, Italiq. examina regni*
*Apparuiſſe vigil tota canit excitus vrbe,*
*Nec mora terrifico clangit caua buccina cantu,*
*Mœniaq; ingentes voluunt agitata tumultus.*
*At prior ante alios iuuenili auguſtior ore*
*Sanguine mollis adhuc pictiſq. effulget in armis*
*Eutrides, vt viſa fero in paſcua Taurus*
*Reddit ouans, mediaq. iacet reſupinus arena*
*Hoſtis, & ex humeris fluit atra in vulnera ſudor.*
*Telorum iam ſylua ruit, ſeges ærea campo*
*Denſatur, rabida arma virum, & tentoria contra*
*Fixa procul pauido proſpectant agmine matres.*
*Solus Alexander metuendo in mœnia paſſu*
*Pergit ouans, ramuſq. virens manifeſtat oliuæ,*
*Legatum, aurata tunc forte in ſede nitebat*
Orontes tirānus. *Arbiter Abrhamidum gradibuſq. excelſus ab altis,*
*Munia tradebat ſocijs, cum Martius Heros*
*Adſtitit, & totam ferro deterruit aulam.*
*Vtq. liber fandi, belloq. emotus, & ira,*
*Pone modum furtis, raptoq. abſcedere regno*
*Incipe, voce refert, ſatis auro accinctus, & oſtro*
*Iam ſine regna meis populorum incendia temet*
*Dedoceas, patienſq. fugæ pete regna per undas*
*Vltima, & externos aliorum exquire Penates.*
*Dixerat, irati cum latè in pectora Regis*

*Im-*

Digitized by Google

*Impia corda calent, iraq. incenſa veneno*
*Lumina torua rubent, vt lubrica pondere ſaxi*
*Preſſa tumet corpuſq. trahens fremit ore Ceraſtes.*
*Verùm pauca refert, medijs ſi talia ſeruens*
*Sauromatum populis, Getulorumue maniplis,*
*Blandior eloquio, & preſſis manſuetior iris*
*Inciperes, tamen æqua tuis vice carmina perſer*
*Triſtibus armati Aeneadæ quando omnia flammis*
*Aequauere ſolo, curuiſq. obtruncat aratris*
*Ruſticus oſſa virũ, validaſq. humus opprimit arces*
*Legatum expediunt, Solymaq. adſtare meorum*
*Mænibus arma vetant. patrijs me abſcedere tectis*
*Ad noua regna iubẽt, at non dum Hebræa pauebũt*
*Ora minas, pulchrumq. mori decorabit abactos*
*Morte dies, ni ſerta feram, ſceptrumq tenebo.*
*Sic ait, at medijs ille obijcit obuia, cedes*
*Ingeminat cedes, non ſi tua ferreus orbis*
*Agmina, & Infernis Acheron circum fluat vndis*
*Nec fraudes, raptumue Syris non tela, nec ignes*
*Profuerint, quin rapta luas, Rutulúmq. ſub haſtis*
*Sanguineo moriture premas diademate campos,*
*Talia voce ferens, aduerſi èlimine tecti*
*Sæuit Alexander, ramumq. virentis oliuæ*
*Abijcit, imbelles murorum è vertice matres*
*Proſpectant, pauidumq. viro, & terrore minarum*
*Concilium infrendeas ſtudia in contraria pendet.*
*Non ſecuſæ medijs paſtor, ſi aluearibus agmen*
*Deturbauit apum, fumoq. inuaſit opaco,*



Digitized by Google

*Illæ ibi diſperſæ regni per cerea tecta*
*Præcipitant, raucumq ſonans fremit aurea nubes.*
*Infelix at corde graues hinc hauſerat ignes*
*Lesbia multa pauens, longumq. bibebat amorem,*
*Verba ſedent animo, multumq. vt fulgidus armis*
*Ardeat. affixiq. herent in viſcera vultus,*
*Talis ab eu ctis venantum infixa ſagittis,*
*Aegeriæ aut syluis, Erymant hæoſue per agros,*
*Cerua tremens ſaltuſq. meat gelidiſq. vagatur*
*Cautibus at lateri Gortynia ſiſtit arundo.*
*Iamq in Atlantiacis auratum fluctibus axem,*
*Conderat, Eois Titan rediturus ab vndis;*
*Cum vaga per dumos diræq. ad limina ſyluæ*
*It ſparſas laniata comas, vultuſq. decoros*
*Vngue ſecat, concuſſa malis Phoeniſſa Lycoris.*
*Cui gemina Eutridis proles extincta lacerto,*
*Inter nocturnas animum expirauerat vmbras;*
*Nec tamen effuſas circum ardua tecta phalanges*
*Horruit Aeneadum, caligantiſq. tenebris*
*Obriguit nemoris, ſed luſtra arcana ferarum*
*Præterit & gemitu taciturna ſilentia rupit.*
*Iamq. truces patuere viæ, atq. horrenda videtur.*
*Gorgonææ domus atra feræ, diriq. receſſus*
*Atraq. ſanguineis ſtagnantia fluctibus antra,*
*Cum ſtetit orba parens, & inania virorum*
*Aſpiciens, hæcq. ore fremens vlulatibus addit.*
*Gens primum dilecta Syon, nunc horrida multum,*
*Et tamen extinctæ reddas ſi corpora prolis,*

*Nunc*

Digitized by Google

*Nunc quoque cara phalanx gemitũq. et funera tãtũ*
*Poſtulat infelix, tuq. ſtirps obuia matri*
*Ni forte Empirei regnum indignatur Olympi,*
*Tu mihi pande locum, meq. ad tua membra reſerues,*
*Si merui ſi digna precore: ſic fata peremptos*
*Quærit inops iuuenes, & cuncta in pectora deflet.*
*Qualis in Etnæis geminas agitata fauillis*
*Alma Ceres pinus ſuccendit, & omnia late*
*Auſoniĳq. maris, Lilibææq. ardua frontis*
*Culmina luſtrauit flammis, vbi Principis atri*
*Puluere cœnoſos conſtruxerat orbita ſulcos,*
*Illius ingenti circum gemitu alta remugit*
*Inſula, & horribiles eiectat in ethera flammas*
*Enceladus, dum luce vias incendit ab antro,*
*Perſephonem ſiluæ, & fluuĳ. & iuga celſa reſultant*
*Solaq. Perſephonem nigri tacet aula Barathri;*
*Aut veluti armorum furĳs gauiſa per agros,*
*Theſſalis accenſo veſtigans corpora taxo,*
*Ex plorat metuenda viros, queis conſcia membris*
*Reſponſa accipiat, notumq. horrentia carmen*
*Agmina, & Inferni Rex indignatur auari;*
*Sola ita per medios ortus inhonoraq. tabo*
*Arua, nec humentes vmbras, nec functa virorum*
*Formidans ſimulachra ſubit, compreſſaq. plantis*
*Spicula diſſimulans, pallentia buſta ſupinat.*
*Illi autem vmbriferis altæ ſub frondibus orni*
*Adſtabant, quos vna manus romphæaq. regis*

Tranſigerat medios, vna trabe pectora nexi;
Vt ferrum, vt galeas, vt texta imbuta cruore,
Aurata agnouit clamydis proprioſq. labores
Vidit, & effuſis patuerunt ora querelis,
Hæc ne ego mēbra tuor, veſtriſq. hæc oſcula labris
Figo ait, & partis adſum lætata triumphis?
Hoc ne nouum geminos deſueto vulnere iunxit
Inuentum lugubre necis, quæ funera primùm
Quæ prius ora fleam, defectaq. lumina letho?
Fœlices, queis nullus Hymen, tedaſq. iugales,
Et ſteriles tribuit thalamos, queis cognita numquā
Acceſſit Lucina thoris; quo purpura veſtrum
Oris abeſt, capitiſq. aurum crinale decori?
Ite tamen fratres, indiſiunctiq. rogali
State pyra, & gelido cineres confundite ſaxo.
Sic effata trabes, confractaſq. agminis haſtas
Colligit, ac gemino ſerpunt incendia buſto.
Ecce nouas procul ecce faces ad membra Polymnæ
Coniugis extincti, luctuſq. mouebat amaros
(Quæ mortis turbata metu, quaquam illa dediſſet
Flauus Alexander, Tyriorum infracta reliquit
Turba, vt odoratos impleret ſanguine crines)
Nec ſimulata malum poſtquam ſingulta peremptū
Emiſit comitata virum, extruxere pheretrum
Orba parens, coniuxq. ſimul flammaſq. dederunt.
Sic vbi ſydereo lapſum Phætonta rotatu
Corniger Erydanus ſinuanti emerſit in vnda

Dex-

Dextra adamanteas auſum verſare catenas
Cornipedum, rapuere Pado Clymeneia proles,
Vſtaq. marmoreo membra occluſere ſepulchro.
Necq. vbi facta rogi medijs lymphata Polymne
Ignibus eiecit ſe vltro, & Phœniſſa Lycoris
Natorum emoriens ignem eſt comitata ſupremum.
Iamq. premit Phœben, & caligantia reddit
Aſtra dies, iam vectus equis iubar extulit orbi
Lucifer, & Phrygiæ radijs iuga perculit Idæ.
Nec mora, conſurgit Solymæq. è poſtibus agmen
Deſilit, vnde hominum protendere brachia collis
Vrget amor nuptas, cingunt rutila arma lacertis,
Cæſariem effuſæ nitidam, galeaſq. comantes
Fletibus aſpergunt; iuuat oſcula caſſide clauſis
Vultibus inſerere, atq. elata in turre ſuprema
Lesbia proſpiciens, lethali abſumitur igne.
Imperat armorum feralia claſſica ſignum
Pangere Orontiades, furiarum turbine mentem
Ictus, Eritrheo donec maris equore mœſtum
Cornipedes ſparſere diem, & lugubre comantes
Erexere iubas; Solymis procul ecce ruinæ
Interea dat ſigna polus, raptumq; caminis
Fulmen ab Aetneis, per ſtagna liquentia Cedron
Ardet, & in medios ſpargit face ſulphura campos.
Vnde ideo commoti omnes, pallentibus horrent
Vultibus, & trepidis nutant iam ſpicula dextris,
Acriùs ira tamen, flammato efferuet Ephebi
Pectore, Idumæas dum fermat ab axe cateruas

Siccine nos inquit ferro Macherunte ſub alto
Spectaſtis conferre manum, & concurrere in armis
Cum metuenda lues Latij, vulguſq. reuulſis
Poſtibus ingrueret Crebron, reperetq ſuperbas.
Veſpaſianus opes, Capheræq. arx alta iaceret,
Quas ibi tunc ferro ſtrages, quot corpora letho
Præbuerim, vidiſtis enim iacuere per herbas
Membra virum, fractiſq. agri nunc oſſibus albēt.
Et licet ipſe fugam lymphatæ claudibus Vrbis
Crediderit, notoſq. Italis operire timores,
Terga tamen Cæſar, Pharijq. ad littora Nili
Oenotriaſq. aquilas, & Martia bella reuoluit,
Fulmina neu, quidquam mouëāt ſat certus in hoſtes
Arbi terenſis erit virtus mihi numen, & arma
Quæ teneo, voſq. Hebræo de ſanguine gentes,
Vnius (heu pudeat) compræſſæ fulminis ictu
Tot iaculis armatæ acies, ferroq minaces
Heremus, non ſi ipſe Deum dominator ab alto
Obſtet, & in medijs incendia torqueat armis
Demoror, aut ſileam: Solymis ita fatur, & axis
Fertur equis, galææq. iubas quatit aura comantes.
Nec minus Auſonias in mutua vulnera dextras
us. Veſpaſianiodes, Latiumq. accendit in hoſtes;
Cum tuba funereis fregit ſtridoribus auram,
Et gemitum montes circū, & nemora alta dederūt.
Scuta virum clypeis, clypeoq. retunditur vmbo,
Enſe minax enſis, & caſſide caſſis, anhelo
Cornipedis pulſu ſonipes, curru orbita currus,

Haſta

Digitized by Google

*Haſta tremens haſtis flexiſq. agitantur habenis*
*Saxa, manu voluuntur equi, tegit aurea ſolis*
*Ora, & Olympiacis nubes tremit ærea campis.*
*Pulchra tamen belli facies, galeæq. decoræ,*
*Quadrupedeſq nitent, nulli ſine regibus axes,*
*Terga decent pharetræ clamydeſq. arcuſq. ſonori*
*Cingulaq & primos mutant non dum oſtra cruores;*
*Aſt vbi cædis amor, menteſq. furoris Enyo*
*Impleuit, iunxitq manus, non altius albet*
*Grādine vaſtus Athos, cū Pleiades hauſit aquoſas,*
*Nec fragor Iliacæ tantus cum fulgurat Idæ*
*Iuppiter, aut patriam Boreas niue percutit Arcton.*
*Ingruit vt rapido niſu, & certantibus auſis*
*Armorum, ferriq. imber, procul horrida matres*
*Buccina in aduerſis implet certamine muris;*
*Ille cadit iactis remeantibus iſte ſagittis,*
*Vnius ora cadunt, alium quatit icta per auras*
*Haſta rigens, nudoq illi ſtat vertice cornus.*
*Atq vti, cum gelidis reſerans Aquilonibus arcem,*
*Impulit Aeolias regnator cuſpide rupes,*
*Nautica præcipites ſaliunt in vela procellæ,*
*Nec Borealis hyems, nec turbidus abfuit Auſter,*
*Illa ſerenifico lacerans caua nubila niſu,* Maræ.
*Hic pluuijs horrendus aquis Tethimq reuoluunt.*
*Sic Fluitant obnixæ acies, primuſq. maniplos*
*Cæſar Idumæos, cunei rectore Boargo* Titus.
*Diſſipat extincto, ſaturataq. feruet arena*
*Sanguine, & intrepidi nondum ſilet haſta Latini;*



Digitized by Google

Hinc quatit Hæbreas telorum turbine turmas
Improuiſa manus, latè, & mœſtiſſima ferro
Demetit ora virùm, gemituſq & magni vlulatus
Fit fragor aſſurgens cælo, & vaga ſydera pulſat.
Sic pater Oceanus, Solem abripientibus vmbris,
Verberat aſſiduò ſcopuloſa Ceraunia pulſa
Aut Calpem quatit Herculeam, atq in uiſcera rupis
Ingerit vndoſæ latrantibus æquora lymphis.
:xan-- Aſt vbi magnanimi cornu detorſit Etruſci
Ferrea tela manus, clypeiq. arſere rubores,
Prima Damaſcenum tranſuerberat haſta Dimantē
Ora petens fixiſq. ater de faucibus exit
Arma rigans, & membra ſinit languentia ſanguis;
Inde ſubit croceis inſignem crinibus Abram,
Et roſeis Drynea genis, puerumq. Lycorman
Fleuit Abrhā Ioppes, Bethlem Drynea, Lycormā
Lamnus, eques Drineus, pedes Abrhā, auriga Lycor
Nūquā aſſa manus, nulliq. acedere uirtus, (mas,
Aut Martis tentare vices, procul ora furentis,
Ardenteſq. oculos & lucem cuſpidis horrent,
Vnus ibi armipotēs, ferri quamquā ingruat imber,
Multaq. Tyrrheno tela exoluantur ab arcu
Non tamen Itis abit ſed fulgida prhændit equorū
Frena manu, obſiſtetq. iugo, cum fulminis inſtar
Itala cuſpis adeſt galeæq. infixa comanti
Temporaq et tepidum tranſuerberat haſta cerebrū.
Labitur infœlix letho, ſquallentia claudens
Lumina, & extremùm patriæ reminiſcitur arcis,

Pal-

Digitized by Google

*Pallida quadrupedes, curſuq. agitata rotarum*
*Membra premunt, rapidiq. hoſtē terit impetus axis*
*Inde Ducem Lygdæ, rabidum indignatus abarcu* Pagum Iudea.
*Spicula Trheiciæ Dacum intorquere pharetræ,*
*Inuadit, totoq. ciens haſtile lacerto*
*Cornipedemq. vnoq. Syrum tranſuerberat ictu.*
*Ille autem effuſum ſpumanti ſanguine frenum*
*Frangit, & inflexa dominum ceruice ſuperſtat.*
*Sic vaga pampineis vlmum amplexata racemis,*
*Aut rapidis afflata Notis, aut fulminis alis,*
*Corruit in ſociam uitis, ſed mœſtior arbos*
*Proterit ambroſias, inuitaq. comprimit vuas.*
*Pactus Idumæam primo Terebinthius æuo*
*Claudius Antigonem, pictum vacuauerat arcu*
*Corithon telis, Tyrioq. ardebat in oſtro*
*Et primum Oenotrijs obnixus lampade turmis*
*Ignotumq. armis, & decertare negantem,*
*Auſus Alexandrum crebris inuadere telis,*
*Ibat ouans, tandem eiectus Tyrrhenus ad ornos* Alexander.
*Triſte rotans oculos his formidabile ferrum*
*Vocibus adiunxit, dudum necis improbe nomen*
*Grande cupis, video; ſtat nuncia fraxinus iræ,*
*Ictaq. traiectis inducit viſcera tergis.*
*Ventum erat ad rapidi ſinuoſa volumina Cedrō,*
*Turbaq. fluctiſonos intrauerat acta furores,*
*Cum ſtupet vnda viros, telorumq. hoſpita latè*
*Membra Sirùm, et clypeos, & fortia corpora voluit.*
*Tum prope Alexandri cœnoſo in littore currus*
*Emi-*

quorũ. *Emicat, alipedum pingues præmit vngula riuos*
*Sanguinis, & mixtas, rota conterit oſſibus haſtas,*
*Ille quoq. in medium, rutilo vt fulgore metalli,*
*Funereaq. horrebat cæde ruit eminus amnem,*
*Perq. hoſtes, perq. arma natans; nunc fluminis alueo*
*Tranſigit enſe viros, nunc demetit horrida tergis*
*Ora ſuis galeiſq. horrendum hæc clauſa ſuperbis*
*Vnda vehit, ceſiſq. hominum fluit aſpera membris.*
*Vnius ille dies, vnum tremit improba pubes,*
*Purpureumq. iubis, altumq. hæc voce frementem*
*Quis timor o Solymæ? quæ uos fuga voluit, amicos*
*Nec pudet extinctos, medijs ego cautibus agmen*
*Funditus euerti, ſub luce erumpimus? an ne*
*Et nemora & notas iterum iuuat ire per vmbras?*
*Sed iuuat ire, iuuat nequicquam fraudibus, antro*
*Nequicquam agreſſi, concreto ſanguine turpes,*
*Et medio extincti comites in puluere ſordent:*
*Talibus infrendens, transmittere fluminis oras,*
*Aſpicit imbelles, vaſti vt, cum gurgite ſummo*
*Aequoris intrantem rictu gelida antra, repente*
*Ceruleum Delphina videt, petit humida ponti*
*Turba cauas, tenuiq. pauens ſeſe abdit in alga.*
*At fluuio tunc cretus Acron & Naiadis aluo,*
*Audebat bellare ſuis fremebundus in oris.*
*Mollis Acrõ, cui primus adhuc ſub gurgite Phœbus*
*Et ripæ natale ſolum, & cunabula fontes,*
ırcıs. *Namq. ibi Tartareas paulum ratus enſe ſorores*
*Poſſe, puellari tranſit vada putrida paſſu*

*Læ-*

Digitized by Google

*Lętus aui, ſubit vnda pedes, ſiue arduus ille*
*Siue aclinis eat, nec cum fugit excitus, vllas*
*Torrentis dedit aula moras, ſed flumine condit;*
*Nec medio dum forte natat Thetis humida ponto,*
*Oceanum viſura patrem ad confinia Calpes,*
*Mitius vndas ſali rabiemq effrenat, & iras,*
*Aut hyemes Euriq. tacent conchaq. ſonanti*
*Armigeri Tritones eunt genſq. humida ponti*
*Exultans, liquidi rorem vomit axis amarum.*
*Tela decent humeros, auroq. & fulgidus oſtro*
*Portat Amazoniam clypeata per agmina peltam,*
*Tum iaculis audax iuueniliq. excitus æuo*
*Patris Alexandrum ſpumanti inuadit in alueo,* Alexander.
*Aſt ibi Tyrrhenus media inter tempora ferrum*
*Exigit, ingentiq. oculis mortem ingerit ictu.*
*Ille autem, extremum traiecto vertice ructans*
*Mater ait, Matris ſonuerunt nomina ripæ.*
*At genitrix vocem Glaucarum accincta catheruis*
*Audijt, & gelido flauum caput extulit antro,*
*Vtq. effuſa vado, nimium agnoſcenda perempti*
*Pelta nitet cornuq. natat, pharetræq feruntur,*
*Voluitur ille procul proprias Iordanis aquoſi* Fluuius Iudææ.
*Raucus vbi extremas Cedron permiſcet arenas*
*Mortuaq́. adiunctus fratri petit æquora curſu.*
*Ac velut arcanos latebroſo in punice nidos*
*Ingemit Halcione, cum turbidus imbre cadenti*
*Caurus, & extructas rapuit Tethis inuida ſedes:*
*Non ſecus icta malis, iterum ſeſe abdit in vndis,*



Digitized by Google

*Et virides laniata comas vultuſq. decoros*
*Pallida ſanguineis natum inueſtigat in antris.*
*Contrectatq. manu galeas inhumataq. voluit*
*Ora virùm, & nimio caligant ſanguine viſus.*
*Nec mare Hyperboreis emota intrauerat iris*
Deus eſt Marinus. *Cum Phorci miſerata phalanx, ante illius ora*
*Impulit exhauſto pallentia membra cruore.*
*Accipit illa virum fixiſq cadauera cernit*
*Pallida luminibus, tandemq. agitata profatur.*
*Hi ne mei vultus, patrij ne hoc nobile quondam*
*Syluarum fluuiq. decus? tibi gurgitis iſta*
*Semideum ſublime dedit genus illud auorum,*
*Tangere ſceptra manu? ſic noſtro in flumine regnas?*
*At tu dure parens ni te caua Tartara cælant*
*Inſpicis, vt proprio iactet ſe in gurgite maior*
*Dirus Alexander? lethoq. & ſanguine feruens*
Fluuius Trhaciæ. *Gaudeat inſontis pueri? nec turbidus Hebrus*
*Altius erubeat? cum fluctibus horrida multo*
*Stagna cruore calent, turmiſq. inſanit amicis,*
*Inſpiratq. animis lethum furialis Enyo.*
*Talibus orabat lachrymis, cum cærula, Nymphæ*
*Accipiens gemitum ſaxoſo in murice Torrens,*
*Extulit ora vadis, nixuſq. per antra ſonora*
*Spumanteis augere comas, ea vocibus inquit*
*Sic ne ſubis mea regna fremens, & ſanguine nati*
*Horridus arma moues? non hoc reor amne relictam,*
*Protinus ignaros letho orbature parentes,*
*Italiam, rediture natas, dabis improbe pœnas.*



Digitized by Google

*Ni tibi Cælicolum deductus ab ordine ſanguis,*
*Et mortalis ego plantiſta fatus aquoſis*
*Tela virùm, & clypeos, & fortia corpora volnit.*
*Exuperant notis ſinuoſa volumina campis,*
*Fluctuat vnde vado miles, ſe ſeq. minorem*
*Indignatur aquis, venientiq. obuius vndæ*
*Obſtat & vndoſis præiecto vmbone procellis.*
*Cum procul aſpexit media inter lora Perycmen,* Auriga Alexandri.
*Fœdantem proprios aurigam ſanguine currus,*
*Et premere hunc telis, volucreſq agitare iugales*
*Eurimedonta manu: ſubitò tumet excitus ira.*
*Atq ibi conſurgens, pharetra metuendus amica*
*Eductum, his verbis telum immedicabile torquet.*
*Tanta audes moriture puer, poſitumq. profundo*
*Credis Alexandrum? tu qui moderator equorum,*
*Tu mea tela feras, ferrumq exolnerat arcu.*
*Cum ferus intrepidum Torrens terrere Latynum*
*Credidit, ora modis attollens pallida noiris*
*At prior Eutrides iaculum irreuocabile cornu* Alexander.
*Torquet, & vndoſam fluuij ſecat abiete dextram;*
*Vna eademq. via, & ſanguis lymphæq. ſequuntur.*
*Ille autem immiti traiectus vulnere palmam*
*Abſilit infrendens, liquidaſq euaſus in auras,*
*Culmina Threicij curſu petit improbus Hæmi.*
*At puer Eurimedon haud inſcius accipit ornum*
*Faucibus, atq. rubent capitis rutila arma cruore.*
*Ecce nouum nigro miſceri puluere campum*
*Turbatæ aſpiciunt acies; ſubit ecce Perycmis*

*Se-*

Digitized by Google

*Sedibus Hyppomedon, rigidaſq. inflectit habenas.*
*Tu quoq. thuriferis Arabum de finibus Aſtur*
*Laberis, arma ciens, pharetraq. inſignis, & arcu.*
Alexander. *Namq. vbi Tyrrhenus medio Dux agmine vidit*
*Coccineum criſtis, & ferrea ſuta gerentem,*
*Multaq. Ituræi glomerantem ſpicula cornu.*
Mõs Theſaliæ. *Sæpe vti Theſſalicis frendens lea cautibus Oethæ.*
*Vrget. n. truculenta fames, vbi conſpicit aprum,*
*Per iuga lunato meditantem prælia rictu,*
*Caſariem excuſſit, luduntq. per hyrta comantes*
*Colla iubæ & ſonitu late nemora alta reſultant.*
*Talis Alexander celeri ſubit agmina curru,*
*Tranſadigitq virum, cadit ille, et dente prophanam*
*Mandit humum, turpiſq. agri ſe in puluere verſat;*
*Dein Solymũ Clymeõta petẽs quatit agere plauſtri*
*Cornipedes, & amica virum prope mœnia cornu*
*Nixus agit, teloq. ſubit ſubit ilia ferri*
*Cuſpis, & hunc circa Rutulorum inſtante tumultu,*
*Languida Orontæis acclinat pectora muris.*
*Vnde ibi magnanimo non vlla obſtare phalangis*
*Arma valent obnixa Duci, non vnius agmen*
*Suſtinet ignitas acies, verum ictibus illic*
*Obijciunt humeros, ille hic fugientibus enſem.*
*Par procul interea diuerſa ex parte fremebat*
*Aeneadum per caſtra furor virtutis iniquæ,*
*Exitiumq. Italis ferrata cuſpide nati*
*Quæreus Orontæi, lethumq. inopina ferebat:*
*Illa coronati ſacrum caput improba Sexti*
*Tran-*

*Tranſadigit, quo non alius dum bella ſilerent*
*Blandius argutas agitabat pectine chordas,*
*Stat tamen extremum ſpirans, nec Apollinis arbos*
*Caſta, nec Aoniæ quidquam iuuere ſorores.*
*Proximus attritis ferro iacet ictus arenis*
*Armiger Alchotous, nam qua ſe baltheus ingens*
*Coniungit, lateriq. intortum accommodat enſem,*
*Martia cuſpis adeſt; late vomit ille tepentem*
*Sanguinis emoriens per hyantia vulnera fontem.*
*Mox Phalarim, ditemq Giam, ingentemq. Labicum*
*Et Celtam, flauumq. Capyn flauumq. Creontem,*
*Et Geminos Taurum, et Thomerin ferro addidit vm*
*Sic geminos fortuna duces illuſtrat vtrinq. (bris,*
*Agmine in alterutro: Rutulos fugat horridus iſtinc*
*Cuſpide Orontiades, illinc non ſegnior hoſtes*
*Cædit Alexander, magni vt duo vertice montis*
*Flumina præcipitant, penituſq. vagantur aquoſis*
*Cornibus, & pelago late dominantur aperto.*
*At procul interea celeri crudelia paſſu*
*Demonis armiferi Cedron iam regna tenebat.*
*Dira manet gelido domus hoſpita Martis in Hæmo*
*Horrida compages ferri, procul emicat ingens*
*Limen, & elatis ſtant ardua tecta columnis.*
*Terret Apollineum tellus iubar, aurea cæli*
*Sydera contriſtat fulgor, Phœbenq. repellit.*
*Primus in horriferis atrox iacet impetus oris,* Deſcri-ptio domus Martis.
*Iræq. inſidæq fremunt, diſcordia ferrum*
*Sæua mouet geminum, laribuſq. emanat ab atris*
*San-*

Digitized by Google

Sanguis,& exuuiæ circum,circum atria pendent
Scuta virùm,& galeæ concuſſaq. fortibus armis
Fruſta ratum.& vacui currus,plenæq.pharetræ.
Qualis vbi indomitum,per opaca ſilentia ſyluæ,
Venator confixit aprum,occiditue leonem,
Poſtibus immites ſueuit præfigere rictus,
Oraq.ſanguineas latè exertantia linguas.
Martem. Quæſierat rigida Cedron vix arce Tyrãnum,
Fluuius Trhaciæ. Cum fremuere lares,rapidèq. tumentibus Hebrus
Exultauit aquis, ſtridenti cardine raucæ
Diſſiliere fores, & pingui ſanguine feruens
Horruit armipotens,dantq.auia ſaxa fragorem,
Dant ſyluæ fluuiuſq. locum, quatit horrida pulſu
Quadrupedes funebre citos,monſtrum axis, Enyo;
Conſtitit hic primo aſpectu Neptunnia proles,
Obriguitq metu paulum,atq.his vocibus hæſit,
Aſpicis in quales miſerum me euaſerit auſus
Effera mens hominum, nos ferro, & cuſpide figunt
Nec datur vlciſci;dum regna ad labimur Orci,
Incute vim Solymis;hoſtileſq erue turmas,
Qui potis Ogigios renouare in prælia fratres,
Sanguineaſq armare manus, qui lampada caſtris
Tartareamq inferre facem,atq.incendia regnis.
Dixit,at ille furens,tepido vt ſudore madebant,
Verbere anhelantes impellit ab axe iugales.
Subſiſtunt Aemi antra rotis præſſeq. ſonoro
Decreſcunt gelidæ axe niues,riget orbita plauſtri,
Et longùm aſſuetas Hebri terit horrida ripas.

At

Digitized by Google

*At rapidus iam teſqua Cedron Acherontis auari*
*Jnuadit, nouere vmbræ, Infernæq. ſorores* Furiæ infernales
*Sanguineum mirantur, aquas procul ille paluſtres*
*Tranſit, & arcana Plutonem accedit in aula.*

## FINIS SECVNDI LIBRI.



Digitized by Google

Digitized by Google

# EXPVGNATÆ HYERVSALEM

## LIBER TERTIVS.

### ARGVMENTVM.

*Occidit Argolicus, nocturnaq. bella geruntur.*

*IAmq. poli æterno medium lux alma rotatu*
*Pulſabat, rapidoq. diem librauerat axe;*
*Cum tegit orta rotas, nigriſq. inopina tenebris*
*Abripit æthereos cœli nox inuida campos,*
*Et tremefacta gemit, fremituq excuſſa rotarum*
*Terra pauet Mauortis equos. illi impete magno*
*Præcipitant fumiq globosè naribus eflant.*
*Nympha tamen formoſa parens Aulida Tiphesi*

*Protinus ante ipſos nullo terrore iugales*
*Progreditur, rediere retro, placideq. comantes*
*Manſueti poſuere iubas, at lumina voluens*
*Sanguineis maculata notis, crinemq. ſoluta*
*Incipit: interea freni ad veſtigia Nymphæ*
*Dentibus aurati mandunt adamanta iugales.*
Oma..os *Arma etiam in Rutulos, noſtræq. acerrime proli*
*Arma paras? atq. enſe tuos abolere Quirinos?*
*Nec regnũ Aeneadũ ſugeſtaue templa columnis*
*Ardua marmoreis, Capitoliaq. alta morantur?*
*Vade age, et Auſonios fero impiger urge maniplos*
*Præcipiti dare terga fugæ at non talia mundi*
*Turba Latina caput de te meruere nepotum.*
*Te Naiſe Aulida Deum mæſtiſsima ponti*
*Orat humo nec verba iuuant. Veneriſq. ſororem,*
*Quam mare parturijt crudelis ab axe repelles?*
*Sed quid ego horrẽtem ſcopulũ, atq. immania luctu*
*Voluere corda reor? non vltra eſt paſſus, & alto*
*Armipotens curru criſtatum haſtile relinquens,*
*Abſilijt, mæſtamq. notis ita mulſit amicis.*
*Ne pete Dardanijs fruſtra me abſcedere turmis*
*Nympha, vetat fatum, nigri indixere parentis*
*Imperia, Oenotrias ferro me extinguere gentes;*
Veneris. *Nec mihi Acidaliæ numen, dilectaq. Diuæ*
*Connubia exciderant, diri priſuntra Barathri*
Martem. *Odryſium excipiant, agar exarmatus Auerni*
*Ignibus, atq. ortæ patiar conuicia pacis.*
*Sed ne tu tantos pulcherrima corde Typheſi*

Con-

Digitized by Google

*Cōcipe Nimpha metus, Terebinthi iuuallibus am-* Locus eſt apud Hieruſalem.
*Cum ſteterint acies, adero, & nati arma iuuabo (bæ*
*Hoc patris non iuſſa negant, ita fatus anhelos*
*Armipotens impulſit equos, non ocyus aſtrum*
*Non magni cadit ira Dei, quando humida Tauri*
*Culmina & intonſæ ſupra caput adſtitit Idæ,*
*Igneaq. aduerſum niſu ſecat æthera moles,*
*Imperijs properat Iouis, vel pinguia rura*
*Roboribuſue comas, crine excuſſura triſulco.*
*Cæſaris interea monitis Euſtachius ingens*
*Inuehitur campis, pelago, nec tantus Oryon,*
*Dum Boream & nubes, radiantibus excitat armis,*
*Fulget aqua, liquidumq humeris ſupereminet axē,*
*Quantus Erytrhei prolem Dolycaonis Heros*
*Pronam ſternit humo, cum quo Dolycaonis Heros*
*Pronam ſternit humo, cum quo Daliumq fugacē,*
*Dorceaq. incuruo meditantem prælia cornu.*
*Illius ingenti iactu Balearis habenæ*
*Occupat ora lapis, ſæuo icta turbine cuſpis*
*Iſtius arma petens, arcuſq. ad lapſa ſonori*
*Vincla ſubit, gelidumq. rigens per viſcera ferrum,*
*Languida ſanguineis acclinat corpora glebis.*
*Hunc prope Amycneidem telo, natumq. Damaſco*
*Concuit enſe Lycū, rapiturq per improba ferro*
*Agmina, nunc Ioppes, nūc quæ ardua miſit Idumæ*
*Pectora, nunc Tyriæ fundens Sidonis alumnos,*
*Nec procul Auſonijs Abiron lampada caſtris* Ciuitas in Phœnicia.
*Iactabat, turmaſq. face exterrebat equorum;*



Digitized by Google

*Cum ſubit haſta latus, pronumq. extendit, at illi*
*Flama rapit fumoſa manum; ſuper ilibus ignes,*
*Duraq. collapſæ ſtrident in vulnera tedæ.*
*Atq. vti toruus aper medio quem pinifer antro*
Collis Ro-næ. *Clauſit Auentinus poſtquam videt agmina circũ*
*Conſtitit, infrendenſq ira ſurrexit in armos*
*Dumq obeunt iaculis illi, & Garamantibus haſtis*
*Turba fremẽs iuuenũ furit ipſe paluſtribus vluis,*
*Nec cu quam educto virtus concurrere ferro,*
Hebræis. *Talis Oronteas gelido mucrone catheruas*
*Demetit Auſonius, nec cuiquam accedere contra,*
*Aut conferre manum bello, aut obſiſtere virtus.*
*Nec minus Alcimedõ dextras ferus urget Achi*
Rex Græ-corum. *Imperio galeaſq Syrum inter nubila condit. (uas*
*Unde hominum mẽbris hinc inde cadẽtibus Hæros*
*Clauditur, in q. illum Tyriorum educta pharetris*
*Omnia tela ruunt, duraq hæc caſſide ſiſtunt,*
*Illa rigent humeris, iaculiſq. horrendus & ornis.*
*Haſtatum nemus vmbo regit, ſtantq. orba ſuperbis*
*Caſſidis æra iubis & circum tempora pulſu*
*Arctantur, raucoq ſonant ſtridore molares:*
*Ille autem hortantes ſocios, Doroneaq fratrem*
*Aſpicit armatas iaculantem cuſpide quercus;*
*Cum venit haſta tremens, cornuq horrenda ſonoro*
*Tranſigit ictu lien nitidi rigat humidus imber*
*Lamina thoracis teliq. agitator Ephœbus*
*Cæſtor abit, penituſq. datis fugit ictus habenis.*
*At cupidum belli, Lernæaq. tela petentem*

*Ab-*

Abripiunt Danai, ſenſit ſua cedere letho
Lumina & Infernas animũ miſer ire ſub vmbras,
Senſit,& emoriens, hæc formidabile vultu
Pallidus infrendet, caput ò Calydonia regni
Agmina materni,caput hic afferte fugacis,
Nec tumulate Ducẽ,tantùm hoc miſereſcite ciues.
Dixerat;auratis fulgenti ex agmine peltis
Cum ſubijt Laurinda virum ſed perfidus hoſtis,
Poſtquam poſſe videt nequicquam euadere bello,
Inſidijs abijſſe ratus, temeraria dixit,
Sternaci cur fidis equo? te crede pedeſtrem,
Te mecum ad pugnam, ventoſaq. verba relinque.
Dixit, at illa fremens, iræq. accenſa furore
Arua ſpetit ſatu, nudoq. acerrima ferro,
Fulget, & abiecta iuuenem ſubit eminus haſta,
Concitat ille rotas ridetq. inſanus, amicas,
Et fugit in freni Calydonia caſtra rotatu.
At fera præmotis exultat Amazona plantis,
Obijciens ſe ſe ad currum, prænſiſq. lupatis
Pectora cornipedum dextra exturbauit equorum.
Tum ferrum effulgens inimico in gutture condens,
Accipit ora comis truncumq relinquit in axe
Sanguine ſingultantem, et Regem accedit Achiuũ.
Sic lupus imbellis clauſtri expugnator, ad antri
Teſqua redit, voceſq. canũ fremituſq. cateruæ
Effugit, aſſuetæ ſed primo in limine cautis,
Euaſiſſe ratus, propriæ videt obuia mortis
Signa, & anhelantem lunato dente Lyciſcam. No Cani

 Ni-

Digitized by Google

*Nititur occurrens capiti Danaeuis Hæros,*
*Sanguine picta modo feruenti lumina miris*
*Aſpiciens, ferroq. etiam trepidantia figi.*
*Sic libet vlciſci, Regnumq. Acherontis opaci,*
*Et phlegetontæas Herebi penetrare paludes,*
*Aſperat Hebræos clades audita maniplos*
*Cæloris indomiti; nec ſi raptata parentum*
*Oſſa forent, quibuſq. dati ſine funere Manes,*
*Sæuius arderent, dictis ſuper vrget amaris*
*Toruus Orontiades, regnis quis quamne Latinis*
*Fidus adhuc? membriſq. videt ſæuire peremptis?*
*Proh dolor, Armenijs nonne hic concurrere ferro*
*Tigribus, aut Scythiæ beluas contra ire putatis?*
*At nunc ille iacens, noſtrorum in ſanguine ſordet*
*(O nimium illatæ funeſta ſolatia mortis)*
*Dente premens hoſtile caput gliſcitq. perempti*
*Militis ora tuens, nos ferrum, & mitia tela*
*Cingimus, ac nudi rabiem exaturauimus hoſtis.*
*Dixit, & hortatus iactumq. haſtile ſuperbi*
*Turba virum lymphata ſubit, ſed membra perēpti*
*Orbe tegens clypei, viq enſem deduxerat hæret*
*Agmina deterrens rutilis Euſtachius armis.*
*Obuia ventorum furijs, pelagoq. patenti*
*Cum fremit Arctois ingens Aquilonibus æquor*
*Ceu rupes longæua fretis ſedet alta profundis,*
*Nec cæli pauet icta minas, procul ipſa minacem*
*Carbaſus, & miſeri longum agnouere natantes.*
phi- *Iāq. ibi Orōtiades telūq. & talia vultu*
on.

*Ia-*

*Iactat ouans,quonamuſq.acies quonamuſq.rapacis*
*Tigridis hos pudeat manes,rabiemq tueri?*
*O' decus Aeneadum Latijq.inſigne trophæum*
*Caucaſeam tumulare feram?monine pheretro*
*Sãguinis imbre rubẽs, procul hic ſceleratus Achi-*
*Exequijs donatus eques,properabit iniquos? (uos.*
*Forſitan hec volucres,aut horrida monſtra Pelaſgi*
*Abſiſtent,canibuſq.meis eiecta ſuperſtes*
*Præda relinquetur? nec plura ſed eminus arcum*
*Curuat, & vmbonis medio exitiabile telum*
*Impulit, vna ingens Thamar quatit haſta ſuperbis*
*Terrificam criſtis galeam,concuſsaq. ferro,*
*Et laceris exuta iubis tremit ærea caſſis.*
*Ille autem infixum telis modò flebile corpus,*
*Et modò ſanguineos Solymæ circum aſpicit hoſtes.*
*Vrſa,uti quam gelidis fœtam inuaſere ſub antris*
*Turba virùm,riguitq. thoris crectaq. cautis*
*Ima ſubit,natoſq.ſuper miſerabile mugit*
*Anxia,terribiles vtrum rapiatur in haſtas,*
*An paruum metuenda genus tueatur ab armis.*
*Ter Syriæ ſcutata cohors rapuere cadauer.*
*Terq.trahunt Rutulus,nec fortem expellere poſſet*
*Amphicreontei telum lethale lacerti,*
*Non plutei duræq.trabes non dira Tyranni*
*Strymoniæ tormenta domus,pauidiſq.feroces*
*Vrbibus impulſus,obiecto vmbone,mouerent.*
*Ni monſtrũ errãtes humeris horrentibus angues*
*Tartareamq.facem,dextræq. rigentis echidnas*
*Abijciat,*

*Abijciat, iuxtaq. latus lethale, Latini,*
*Dardanij Chromis ora ferens, tune improba dicas*
Græcos. *Funera Achaiades ferro, tu ne inclite manes*
*Protegis? & medio bigis in puluere Titus*
*Rapiatur, fruſtraq gemens te clamitat aruis?*
*Proh qualem indigno ſordentem ſanguine crines,*
*Dira per obiectas regem trahit orbita glebas:*
*Iamq. cruentatæ iactator cuſpidis amne*
*Ceſſit Alexander, cæſiq. vlulatus inerrat:*
*Talia voce ferens, premit anxia corda quid hæres?*
*Siſtis adhuc? tunc ille ſuis gelida oſſa perempti*
*Deſerit, & cæſi properat malus vltor amici.*
Alecto. *At monſtrum infernas abiecto vmbone Ceraſtes,*
*Hydrigeramq comis faciem, atq. immania membra*
*Detegit, ac tenues paulatim euadit in auras.*
*Ille autem ex oculis, ablata nube, triumphum*
*Cernit Alexandri, propiorq. in acumine collis*
*Titus adeſt, Solymæq virûm quatit æthera plangor*
*Verſa per Auſonidum cuneos inhonora trahuntur*
*Vexilla, & vacui pendent toto agmine currus,*
*Quadrupedeſq fremunt, fractiſq feruntur habenis.*
*Vnde ibi deluſus quamquam modò credit inane*
*Auxilium tardamq ſuis fugientibus haſtam,*
*It tamen, & ſæuam iacit irreuocabilis ornum.*
*Vix Rutulos, vix arma Syrũ, dum nulla morantur*
*Agmina diſtinguens (neq. enim lugubre cruenti*
*Saxa ſoli, truncia artus, ſtratiq. iugales*
*Impediunt) procul ecce videt Doronea Pelaſgum*

*Fra-*

Digitized by Google

*Fraternas tolerare vices, fruſtraq. prementem*
*Verbere quadrupedem, namq. indignatur Achiui*
*Frena pati, inſuetiq. Ducis noua iuſſa vereri.*
*Increpat hunc Latius, quid Regia pondera dorſo*
*Ferre negas, fratriſq. iugo parere recuſas;*
*O' nimiùm infœlix ſonipes, non fortia poſt hac*
*Mēbra feres, nec iam Argolicas rapiere per herbas.*
*Aut morere, aut Danais extincta cadauera redde*
*Agminibus, ſic fatus equum generoſus in hoſtes*
*Conuertit, multumq. pares tolerantur habenæ.*
*Atq. ibi magnanimus bellantum hinc inde fugatis*
*Iam cuneis Tyrrhenus adeſt, raptoq. potitus*
*Corpore Abantæis Regem retuliſſet Achiuis,*
*Ni fuget interea Phœbum nox humida ponto*
*Sydereas accincta faces, rapidcq. volatu*
*Cymeriis exurgat agris, & concaua turmas*
*Buccina belligeras crepitantibus euocet auris.*
*Candida ſanguineos media inter nubila campos*
*Corniferis oſtendit equis ſoror æmula ſolis,*
*Dum vaga mortales glaciali lumine circum*
*Prima rotat, cœlumq ſuis terit vltima bigis.*
*Sordet ibi, & ferro, cæſiſq humus horrida mēbris*
*Hic ſonipes, clypeuſq. iacent. queis ante ſuperbus*
*Ibat eques, laceris illinc inſignibus haſtæ,*
*Tum vacui currus, vacui ſine lege iugales*
*Apparent, galeæq. truces, inhonoraq. pennis*
*Spicula, & immundo deformia corpora tabo.*
*Sic vbi Hyperborea gelidus ſe effundit ab Arcto.*



Digitized by Google

*In Mare marmoreum Boreas, & nimbifer Auſter.*
*Nubibus humentes pluuijs cœlo explicat alas:*
*Multa ibi in æquoreis apparent robora campis,*
*Hic malus, remiq; natant, caua carbaſus illic,*
*Hic vomit incluſam nauis coufracta ſaburram.*
*Venerat Argolicos inter Calydonius Ebron*
*Alpheumq; colens, Piſæaq; rura Nycormas?*
Ebron. *Spectanteſq; agros lethum exitiabile Regis*
*Lugebant pariter, verùm prior inquit Achinus*
*Nulla ne Orontiadum iaculis tibi Mænale cæſi*
*Cura Ducis? quem forte vncis rapuere volucres*
*Vnguibus, effuſiq; atris de cautibus vrſi.*
*Dumq; ibi præſectis æui miſerabilis annis*
*Languidus ille iacet, ructatq; per arua cruorem*
*Ibimus? an vitæ cura inficianda tenebit?*
*Hæc verùm Arcadius pridem vaga ſydera teſtor*
*Contra ait, & ſtygijs ſimulacra errantia ripis,*
*Mens eadem ſtetit vna mihi, me effundere campis,*
*Ac face Lernæos iam dudum incendere Manes.*
*Mox te ibi, conuerſo plorans in ſydera vultu,*
*Te vocat, vmbriuagæ ductriò candida noctis,*
*Delia tergeminis Cœliq; Herebiq; coronis,*
*Syluarumq; nitens, nemorum admirabile quondam*
*Enſe tuum Dyctinna decus (Dea reſpice terras)*
*Enſe iacet, ſacriq; horrent tibi ſanguine crines,*
*Infractiq; manent arcus, & inutile pondus*
*Turpia terga premit, quem tu mortalibus olim*
*Expletis, calamos primùm furata Pelaſgas,*



Digitized by Google

*Corython telis, aurumq. & purpura ſordent.*
*Dixerat; emiſſo terras vbi candida cornu,*
*Aethere anhelantes vrgens Latonia tauros,*
*Et circum informes tabo patefecit arenas.*
*Accipiunt læti radios, vbi lumine terras*
*Diua notat, corpuſq. oculis oſtendit Achiuis,*
*Membra Ducis lugubre leuant, gemituq. remoto,*
*Sæua meant tacito per amica ſilentia paſſu*
*Limina, & vmbrantes gaudent rediiſſe tenebras.*
*(Virtuti ſors rara comes, multumq periclis*
*Proxima fata ſuis) orbem vigilantia caſtri*
*Ecce manus Tyrium, quæ teſqua rubentia campi*
*Cæde viros tranſire videt, peditumq. corona*
*Arua peragrato redimit tabentia vallo.*
*Arcas abit; Regemq ſinens iam impunè feroces*
*Fugerat adſtantum turmas, iam impunè latebat* Nicormas.
*Vertice contectus ſaxi (verùm inclitus aruo*
*Nequicquam in mediis horret Calydonius armis)* Ebron.
*Me miſerum dixit, qua te ſtatione viarum*
*Deſtitui? quaue vſque ſequar? ſic fatus apertis*
*Progreditur campis, & fixa in puluere curſus*
*Signa terit, noſcitq armorum fulgore cateruas,*
*Nec procul Argolicus quē circum obnixa vagātur*
*Arma virum aſpexit, dubius queis audeat auſis*
*Eripere, ſubeat ne ſui contemptor in agmen,*
*Et magnam acceleret per hiantia uulnera mortem?*
*Tandem, ibi curuato ſuplex in prælia cornu*
*Ore vocat Phœben: ſonat vna perfidus arcus.*

*Syluarum, nitidiq. decus Dea candida cœli,*
*Si pater arboribus tibi maſcula thura Sabæis*
*Pro me ablata dedit, ſi quæ ipſe horrenda ferarum*
*Vellera ſuſpendi, ſacroq. in limine fixi,*
*Hāc perhibe vexare manū, et rege tela per umbras.*
*Dixit, & hoſtili proiecta phalarica niſu*
*Præcipitat noctiſq. cauas quatit icta tenebras,*
*Donec Amyntoridis tepido ſaturata reſiſtit*
*Sanguine, poſtremaſq. abſcondit in inguine pennas,*
*Labitur infœlix, dorſoq. effuſus amico*
*Fortis equi, forteſq. humero collapſus in armos,*
*Pallida Sydereis attollit lumina regnis.*
*Accurrunt commoti omnes, tamen æthera magnū*
*Ecce nouum ridens vultum ſubit haſta Leonis,*
*Et miſeri galeam ſpumanti ſanguine complet.*
*Sæuit atrox Rector, quo perfidus inſonet arcus,*
*Quaſue intrare vias, aut queis ſe immittere campis.*
*Tum mihi tù geminas inquit vna improbe ſolues*
*Morte neces, telumq. manu immedicabile torquens*
*Ibat in Argolicum & turmas rapiebat amicas.*
*Cum procul vmbroſis haud ſe cælare tenebris*
*Parrhaſias, nec tanta pati diſcrimina paſſus,*
*Me me adſum qui bella tuli me abſumite ferro*
*Hoc ait infenſi Abrhamidæ, cœleſtia teſtor*
*Sydera (Abantiadem tantum dilexit amicum)*
*Talia voce ferens, Tyrioſq. elapſus in hoſtes,*
*Tigridis exuuias humeris, queis forte nitebat*
*Deiectat, Martemq. ſubit furibundus apertum,*

At

Digitized by Google

*At prope traiectus candentia pectora triſti*
*Labitur Argolicus letho, virideſq. per herbas.*
*It cruor, & rigidis incumbunt tergora glebis.*
*Perfurit armatos Arcas generoſus in hoſtes,*
*Aſſurgitq. fremens, & formidabile frendens,*
*Enſe Ducem cunei toto ſubit agmine Buten.*
*At prohibent obnixa phalanx; uerùm ille per omnẽ*
*Armipotens impune chorum, ferrum hoſtis in ore*
*Exigit, & gemitu Danaum lachrymatus amaro,*
*Ingentemq animã transfixo è corde reuellens,*
*Deſuper Argolicum ſpirare eſt n xus amicum.*
*Ite âge magnanimi et quãquã mihi carmina plectro*
*Inferiore ſonent, labentia forte nepotum*
*Sæcla tamen crudeleſq. æui ſuperabitis iras.*
*At procul informis concepto puluere miles*
*Cæſaris ante pedes horrere iugalibus agmen*
*Narrat Orontæum, paruiq. ab acumine collis*
*Puluercam Solymis nubem ſe effundere campis.*
*Vnde altis adnixi haſtis oſtroq. decori*
*Dardanij Hæroes ſtudia in contraria pendent,*
*Fit mora conſilio; ſola eſt ſententia tandem*
*Explorare viros, audaxq. ea munera Laurens*
*Sponte ſubit, nec cæca Ducem via fallet euntem.*
*Vnà abit Eunomaus capulo manus altera pendet,*
*Altera curuato munita vmbone refulget.*
*Iamq meant tacito ſcelerata iuuantibus vmbris*
*Arua gradu galeamq. vident, dubiumq. moueri*
*Corpus, & excuſſi ſonitum ſimul arma dederunt.*



Digitized by Google

*Cum ſubit haſta latus, pronumq. extendit, at illi*
*Flama rapit fumoſa manum; ſuper ilibus ignes,*
*Diraq. collapſæ ſtrident in vulnera tedæ.*
*Atq. vti toruus aper medio quem pinifer antro*
Collis Romæ. *Clauſit Auentinus poſtquam videt agmina circũ*
*Conſtitit, infrendenſq ira ſurrexit in armos*
*Dumq obeunt iaculis illi, & Garamantibus haſtis*
*Turba fremẽs iuuenũ furit ipſe paluſtribus vluis,*
*Nec cu quam educto virtus concurrere ferro,*
Hebræis. *Talis Oronteas gelido mucrone catheruas*
*Demetit Auſonius, nec cuiquam accedere contra,*
*Aut conferre manum bello, aut obſiſtere virtus.*
Rex Græcorum. *Nec minus Alcimedõ dextras ferus urget Achi*
*Imperio galeaſq Syrum inter nubila condit. (uas*
*Unde hominum mẽbris hinc inde cadẽtibus Hæros*
*Clauditur, in q. illum Tyriorum educta pharetris*
*Omnia tela ruunt, duraq hæc caſſide ſiſtunt,*
*Illa rigent humeris, iaculiſq. horrendus & ornis.*
*Haſtatum nemus vmbo regit, ſtantq. orba ſuperbis*
*Caſſidis æra iubis & circum tempora pulſu*
*Arctantur, raucoq ſonant ſtridore molares:*
*Ille autem hortantes ſocios, Doroneaq fratrem*
*Aſpicit armatas iaculantem cuſpide quercus;*
*Cum venit haſta tremens, cornuq horrenda ſonoro*
*Tranſigit icta lien nitidi rigat humidus imber*
*Lamina thoracis teliq. agitator Ephœbus*
*Cæſtor abit, penituſq. datis fugit ictus habenis.*
*At cupidum belli, Lernæaq. tela petentem*

*Ab-*

Digitized by Google

*Abripiunt Danai, ſenſit ſua cedere letho*
*Lumina & Infernas animũ miſer ire ſub vmbras,*
*Senſit, & emoriens, hæc formidabile vultu*
*Pallidus infrendet, caput ò Calydonia regni*
*Agmina materni, caput hic afferte fugacis,*
*Nec tumulate Ducẽ, tantùm hoc miſereſcite ciues.*
*Dixerat; auratis fulgenti ex agmine peltis*
*Cum ſubijt Laurinda virum ſed perfidus hoſtis,*
*Poſtquam poſſe videt nequicquam euadere bello,*
*Inſidijs abijſſe ratus, temeraria dixit,*
*Sternaci cur fidis equo? te crede pedeſtrem,*
*Te mecum ad pugnam, ventoſaq. verba relinque.*
*Dixit, at illa fremens, iræq. accenſa furore*
*Arua ſpetit ſatu, nudoq. acerrima ferro,*
*Fulget, & abiecta iuuenem ſubit eminus haſta,*
*Concitat ille rotas ridetq. inſanus, amicas,*
*Et fugit in freni Calydonia caſtra rotatu.*
*At fera præmotis exultat Amazona plantis,*
*Obijciens ſe ſe ad currum, prænſiſq. lupatis*
*Pectora cornipedum dextra exturbauit equorum.*
*Tum ferrum effulgens inimico in gutture condens,*
*Accipit ora comis truncumq relinquit in axe*
*Sanguine ſingultantem, et Regem accedit Achiuũ.*
*Sic lupus imbellis clauſtri expugnator, ad antri*
*Teſqua redit, voceſq. canũ, fremituſq. cateruæ*
*Effugit aſſuetæ ſed primo in limine cautis,*
*Euaſiſſe ratus, propriæ videt obuia mortis* No
*Signa, & anhelantem lunato dente Lyciſcam.* Cani

*Nititur occurrens capiti Danaeuis Hæros,*
*Sanguine picta modo feruenti lumina miris*
*Aſpiciens, ferroq. etiam trepidantia figi.*
*Sic libet vlciſci, Regnumq. Acherontis opaci,*
*Et phlegetontæas Herebi penetrare paludes,*
*Aſperat Hebræos clades audita maniplos*
*Cæloris indomiti; nec ſi raptata parentum*
*Oſſa forent, quibuſq. dati ſine funere Manes,*
*Sæuius arderent, dictis ſuper vrget amaris*
*Toruus Orontiades, regnis quis quamne Latinis*
*Fidus adhuc? membriſq. videt ſæuire peremptis?*
*Proh dolor, Armeniјs non ne hic concurrere ferro*
*Tigribus; aut Scythiæ beluas contra ire putatis?*
*At nunc ille iacens, noſtrorum in ſanguine ſordet*
*(O nimium illatæ funeſta ſolatia mortis)*
*Dente premens hoſtile caput gliſcitq. perempti*
*Militis ora tuens, nos ferrum, & mitia tela*
*Cingimus, ac nudi rabiem exaturauimus hoſtis.*
*Dixit, & hortatus iactumq. haſtile ſuperbi*
*Turba virum lymphata ſubit, ſed membra perēpti*
*Orbe tegens clypei, viq enſem deduxerat hæret*
*Agmina deterrens rutilis Euſtachius armis.*
*Obuia ventorum furijs, pelagoq. patenti*
*Cum fremit Arctois ingens Aquilonibus æquor*
*Ceu rupes longæua fretis ſedet alta profundis;*
*Nec cæli pauet acta minas, procul ipſa minacem*
*Carbaſus, & miſeri longum agnouere natantes.*
nphi- *Iāq. ibi Orōtiades telūq. & talia vultu*
ion.

*Ia-*

*Iactat ouans, quonamuſq. acies quonamuſq. rapacis*
*Tigridis hos pudeat manes, rabiemq tueri?*
*O' decus Aeneadum Latijq. inſigne trophæum*
*Caucaſeam tumulare feram? nonne pheretro*
*Sãguinis imbre rubẽs, procul hic ſceleratus Achi-*
*Exequijs donatus eques, properabit iniquos? (uos,*
*Forſitan hec volucres, aut horrida monſtra Pelaſgi*
*Abſiſtent, canibuſq. meis eiecta ſuperſtes*
*Præda relinquetur? nec plura ſed eminus arcum*
*Curuat, & vmbonis medio exitiabile telum*
*Impulit, vna ingens Thamar quatit haſta ſuperbis*
*Terrificam criſtis galeam, concuſſaq. ferro,*
*Et laceris exuta iubis tremit ærea caſſis.*
*Ille autem infixum telis modò flebile corpus,*
*Et modò ſanguineos Solymæ circum aſpicit hoſtes.*
*Vrſa, uti quam gelidis fœtam inuaſere ſub antris*
*Turba virùm, riguitq. thoris crectaq cautis*
*Ima ſubit, natoſq. ſuper miſerabile mugit*
*Anxia, terribiles vtrum rapiatur in haſtas,*
*An paruum metuenda genus tueatur ab armis.*
*Ter Syriæ ſcutata cohors rapuere cadauer.*
*Terq. trahit Rutulus, nec fortem expellere poſſet*
*Amphicreontei telum lethale lacerti,*
*Non plutei duræq. trabes non dira Tyranni*
*Strymoniæ tormenta domus, pauidiſq. feroces*
*Vrbibus impulſus, obiecto vmbone mouerent.*
*Ni monſtrũ errãtes humeris horrentibus angues*
*Tartareamq. facem, dextræq. rigentis echidnas*
*Abijciat,*

Digitized by Google

*Abijciat, iuxtaq. latus lethale, Latini,*
*Dardanij Chromis ora ferens, tune imbroba dicat*
Græcos. *Funera Achaiades ferro, tu ne inclite manes*
*Protegis? & medio bigis in puluere Titus*
*Rapiatur, fruſtraq gemens te clamitat aruis?*
*Proh qualem indigno ſordentem ſanguine crines,*
*Dira per obiectas regem trahit orbita glebas:*
*Iamq. cruentatæ iactator cuſpidis amne*
*Ceſſit Alexander, cæſiq. vlulatus inerrat:*
*Talia voce ferens, premit anxia corda quid hæres?*
*Siſtis adhuc? tunc ille ſuis gelida oſſa perempti*
*Deſerit, & cæſi properat malus vltor amici.*
Alecto. *At monſtrum infernas abiecto vmbone Ceraſtes,*
*Hydrigeramq comis faciem, atq. immania membra*
*Detegit, ac tenues paulatim euadit in auras.*
*Ille autem ex oculis, ablata nube, triumphum*
*Cernit Alexandri, propiorq. in acumine collis*
*Titus adeſt, Solymæq virùm quatit æthera plangor*
*Verſa per Auſonidum cuneos inhonora trahuntur*
*Vexilla, & vacui pendent toto agmine currus,*
*Quadrupedeſq fremunt, fractiſq feruntur habenis.*
*Vnde ibi deluſus quamquam modò credit inane*
*Auxilium tardamq. ſuis fugientibus haſtam,*
*It tamen, & ſæuam iacit irreuocabilis ornum.*
*Vix Rutulos, vix arma Syrũ, dum nulla morantur*
*Agmina diſtinguens (neq. enim lugubre cruenti*
*Saxa ſoli, trunciq artus, ſtratiq. iugales*
*Impediunt) procul ecce videt Doronea Pelaſgum*

*Fra-*

Digitized by Google

*Fraternas tolerare vices, fruſtraq. prementem*
*Verbere quadrupedem, namq. indignatur Achiui*
*Frena pati, inſuetiq. Ducis noua iuſſa vereri.*
*Increpat hunc Latius, quid Regia pondera dorſo*
*Ferre negas, fratriſq. iugo parere recuſas;*
*O' nimiùm infœlix ſonipes, non fortia poſt hac*
*Mẽbra feres, nec iam Argolicas rapiere per herbas.*
*Aut morere, aut Danais extincta cadauera redde*
*Agminibus, ſic fatus equum generoſus in hoſtes*
*Conuertit, multumq. pares tolerantur habenæ.*
*Atq. ibi magnanimus bellantum hinc inde fugatis*
*Iam cuneis Tyrrhenus adeſt, raptoq. potitus*
*Corpore Abantæis Regem retuliſſet Achiuis,*
*Ni fuget interea Phœbum nox humida ponto*
*Sydereas accincta faces, rapidoq. volatu*
*Cymeriis exurgat agris, & concaua turmas*
*Buccina belligeras crepitantibus euocet auris.*
*Candida ſanguineos media inter nubila campos*
*Corniferis oſtendit equis ſoror æmula ſolis,*
*Dum vaga mortales glaciali lumine circum*
*Prima rotat, cœlumq ſuis terit vltima bigis.*
*Sordet ibi, & ferro, cæſiſq humus horrida mẽbris*
*Hic ſonipes, clypeuſq. iacent. queis ante ſuperbus*
*Ibat eques, laceris illinc inſignibus haſtæ,*
*Tum vacui currus, vacui ſine lege iugales*
*Apparent, galeæq. truces, inhonoraq. pennis*
*Spicula, & immundo deformia corpora tabo.*
*Sic vbi Hyperborea gelidus ſe effundit ab Arcto.*



Digitized by Google

*Jn Mare marmoreum Boreas, & nimbifer Auſter.*
*Nubibus humentes pluuijs cælo explicat alas:*
*Multa ibi in æquoreis apparent robora campis,*
*Hic malus, remiq natant, caua carbaſus illic,*
*Hic vomit incluſam nauis coufracta ſaburram.*
*Venergt Argolicos inter Calydonius Ebron*
*Alpheumq colens, Piſæaq. rura Nycormas?*
Ebron. *Spectanteſq. agros lethum exitiabile Regis*
*Lugebant pariter, verùm prior inquit Achinus*
*Nulla ne Orontiadum iaculis tibi Mænale cæſi*
*Cura Ducis? quem forte vncis rapuere volucres*
*Vnguibus, effuſiq. atris de cautibus vrſi.*
*Dumq ibi præſectis æui miſerubilis annis*
*Languidus ille iacet, ructatq per arua cruorem*
*Ibimus? an vitæ cura inficianda tenebit?*
*Hæc verùm Arcadius pridem vaga ſydera teſtor*
*Contra ait, & ſtygijs ſimulacra errantia ripis,*
*Mens eadem ſtetit vna mihi, me effundere campis,*
*Ac face Lernæos iam dudum incendere Manes.*
*Mox te ibi, conuerſo plorans in ſydera vultu,*
*Te vocat, vmbriuagxæ ductriò candida noctis,*
*Delia tergeminis Cæliq. Herebiq. coronis,*
*Syluarumq. nitens, nemorum admirabile quondam*
*Enſe tuum Dyctinna decus (Dea reſpice terras)*
*Enſe iacet, ſacriq horrent tibi ſanguine crines,*
*Infractiq manent arcus, & inutile pondus*
*Turpia terga premit, quem tu mortalibus olim*
*Explctis, calamos primùm furata Pelaſgas.*

Cory-

Digitized by Google

*Corython telis, aurumq. & purpura ſordent.*
*Dixerat; emiſſo terras vbi candida cornu,*
*Aethere anhelantes vrgens Latonia tauros,*
*Et circum informes tabo patefecit arenas.*
*Accipiunt læti radios, vbi lumine terras*
*Diua notat, corpuſq. oculis oſtendit Achiuis,*
*Membra Ducis lugubre leuant, gemituq. remoto,*
*Sæua meant tacito per amica ſilentia paſſu*
*Limina, & vmbrantes gaudent rediiſſe tenebras.*
*(Virtuti ſors rara comes, multumq periclis*
*Proxima fata ſuis) orbem vigilantia caſtri*
*Ecce manus Tyrium, quæ teſqua rubentia campi*
*Cæde viros tranſire videt, peditumq. corona*
*Arua peragrato redimit tabentia vallo.*
*Arcas abit; Regemq ſinens iam impunè feroces*
*Fugerat adſtantum turmas, iam impunè latebat* Nicor-mas.
*Vertice contectus ſaxi (verùm inclitus aruo*
*Nequicquam in mediis horret Calydonius armis)* Ebron.
*Me miſerum dixit, qua te ſtatione viarum*
*Deſtitui? quaue vſque ſequar? ſic fatus apertis*
*Progreditur campis, & fixa in puluere curſus*
*Signa terit, noſcitq armorum fulgore cateruas,*
*Nec procul Argolicus quẽ circum obnixa vagãtur*
*Arma virum aſpexit, dubius queis audeat auſis*
*Eripere, ſubeat ne ſui contemptor in agmen,*
*Et magnam acceleret per hiantia uulnera mortem?*
*Tandem, ibi curuato ſuplex in prælia cornu*
*Ore vocat Phœben: ſonat vna perfidus arcus.*

*Syl-*

At prope traiectus candentia pectora triſti
Labitur Argolicus letho, virideſq. per herbas.
It cruor, & rigidis incumbunt tergora glebis.
Perfurit armatos Arcas generoſus in hoſtes,
Aſſurgitq. fremens, & formidabile frendens,
Enſe Ducem cunei toto ſubit agmine Buten.
At prohibent obnixa phalanx; uerùm ille per omnẽ
Armipotens impune chorum, ferrum hoſtis in ore
Exigit, & gemitu Danaum lachrymatus amaro,
Ingentemq. animã transfixo è corde reuellens,
Deſuper Argolicum ſpirare eſt nixus amicum.
Ite âge magnanimi et quãquã mihi carmina plectro
Inferiore, ſonent, labentia forte nepotum
Sæcla tamen crudeleſq. æui ſuperabitis iras.
At procul informis concepto puluere miles
Cæſaris ante pedes horrere iugalibus agmen
Narrat Orontæum, paruiq. ab acumine collis
Puluercam Solymis nubem ſe effundere campis.
Vnde altis adnixi haſtis oſtroq. decori
Dardanij Hæroes ſtudia in contraria pendent,
Fit mora conſilio; ſola eſt ſententia tandem
Explorare viros, audaxq. ea munera Laurens
Sponte ſubit, nec cæca Ducem via fallet euntem.
Vnà abit Eunomaus capulo manus altera pendet,
Altera curuato munita vmbone refulget.
Iamq. meant tacito ſcelerata iuuantibus vmbris
Arua gradu galeamq. vident, dubiumq. moueri
Corpus, & excuſſi ſonitum ſimul arma dederunt.

An-

Digitized by Google

*Auſus Tyrrheni pretium ſibi poſcere plauſtri*
*Ticliades (helidorus erat, Romana Quiritum*
*Caſtra putans, Latiumq Syris aperire cateruis.*
*Cum gemini latuere Duces, decliuia donec*
*Comprimat arua radu, et primus ligur arripit enſē,*
*Horrendumq fremens dictis tonat alter amaris,*
*Siste gradum; tamen ille manu leuat eminus ictum,*
*Intrepidusq. cauas ictu diuerberat vmbras.*
*At iam erepta manus, quamquam ſeuire negaret*
*Cuſpide fulmineus laurens, tum ſupplice vultu,*
*Et iacto mucrone gemens. protendit inermem.*
*Vulneris impatiens dextram, ſicq. ore profatur.*
*Parcite Dardanij: nec enim metuenda petebã*
*Caſtra libens, me ferre gradum inclementia Regis*
*Iuſſit & imperio, magnum, hoc audere cœgit.*
*Quin mage fulmineus, vitam miſereſcimus vltro*
*Dixit Iber, verum ede acti, ingentiq. ruina*
*Quid fracti, exanimeſq putant? quonã aura reſultat*
*Murmure quadrupedũ; poſito hic horrore parũper*
*Talia Ticliades. Arabum moderator Emirchan*
*Aſſyrios in bella mouet, ſæuo agmine Perſas*
*Lege premens ſparſi hominum ſtant aggere curſus,*
*Membraq feſſa virũ, & feſſos ſopor occupat artus,*
*Conticuit, mox ferrũ vnà inter tempora Regis*
*Accipit Eunomai, ducuntq. elapſa ruinam*
*Corpora, & hæc circum bibulæ humeitantur arenæ*
*Aſt iter emenſi proceres, tentoria iuxta,*
*Arma ducis, rapite arma canunt, ſopor otia diris*

In-

*Intulit Aßyriæ populis, Arabumq; maniplos,*
*Quos ciet armipotens, Perſis dominator iniquis,*
*Preſſit in aduentu nubes diræ humida Lethes,*
*Inſidiam nox apta dolis; & accommoda fraudi*
*Hortatur fortuna vocat, vocat agmina virtus.*
*Nunc licet, ò Danai, funebria vulnera Regis*
*Vlciſci, ingentiq; necem ſolare trophæo.*
*Præcipites iuuat ire, iuuat: prorumpite campis,*
*Et face Orontæas, ferroq; inuadite turmas.*
*Iamq. petit Tito arma fremens, iam Dardana pubes*
*Indignata moram, & ſceptro dux annuit aureo.*
*Nec ſecus vndoſa quam ſi pater Aeolus arce*
*Saxum immanè ingens, dumoſo è limine cautis*
*Eripiat, rapuere viam, Boreaſq. niualis,*
*Vnà Auſter, Zephyruſq. furés, et nimibifer Eurus.*
*Qualiter Auſonij properāt rapida agmina Regni.*
*Caſſidis oblatam Tyrrheni munere pompam*
*Induit Eunomaus, namq; indignatus in hoſtes,*
*Ire dolo eſt iuuenis, latèq. horrere tenebris*
*Lumina, virtutum, vt medijs Theopiſtus in armis*
*Increpat Argolicos, Calydonia caſtra, ſepulti*
*En ſomno, vinoq; iacent, quorum ictus Achiuum*
*Rector Abantiadum funebribus occidit armis,*
*Certè, ibi Lethæi compreſſum fluminis vnda,*
*Vndiq. torpentes campum eructare ſopores,*
*Cernitis, & medio confuſos aggere currus;*
*(Proh pudor) Auſonios tentoria figere contra*
*Auſus Arabs? ea verba ferens, ſimul enſe minaci*

*Aggreditur miſeros, aduerſaq. pectora pandit.*
*At cladem illius noctis, Martiſq. proteruam*
*Quis valeat memorare vicē, aut exprimere caſus?*
*Exanimes hinc inde ruunt, ſecat ordine nullo*
*Brachiaq. & clypeos ferrum, atq. ornata decoris*
*Æra ſub. s, primumq. Syros Euſtachius hoſtes*
*Enſe ſubit ſoluſq hominum inter millia tranſit,*
*Huic, tremulis crinita comis, gerit alta Draconem*
*Caſſis, Auernæas efflantem gurgite flammas,*
*Tam magis ille rubens & formidabilis igne*
*Quàm magis obſcœno crudeſcunt æra Cruore,*
*Prima Mentetiadem medio ſubit Itala Zeuſem*
*Haſta thoro, ſummoq, tremens in vertice cuſpis*
*Hæret & educto ſpargens rutila arma cruore,*
*Deſilit in geminas tranſacto gutture fauces.*
*Viderat in ſomnis cantu, fidibuſq. canoris*
*Aſtra ſuprema Pyles, lauruq. ornatus amica*
*Clauſerat irriguo languentia lumina ſomno:*
*Sanguine fœdandis ceruix vbi languida menſis*
*Vertice decūbit, tum viribus enſis adactus*
*Tranſigit appoſitam dulci teſtudine dextram.*
*Nec procul Aurimedon viridantia gramina morſu*
*Carpentes religarat equos, multumq. Lyeo.*
*Plenus adhuc ructabat agris, cum Dardana cornus*
*Trans adigit fauces, Baccoq & ſanguine ſordet,*
*Vitaq. cæruleas paulatim euadit in auras.*
*Nec procul Aſſyrios tela inter, & arma iacentes*
*Percutit Eunomeus, torpenti vt quemq. ligarat*

*Su-*

Digitized by Google

*Subrepens horrore ſopor, Lethæaq. nubes*
*Cinxerat, ingenti ſtagnant fluitantia riuo*
*Arua, cruentatis feruent tentoria campis*
*Inferniſq. fremunt ſimulacbra errantia ripis.*
*At procul interea magnis fragor intonat vndis,*
*Namq. per æquoreas bellorum rector iniquus*
*Tranſit aquas; vinctumq. arctis Ægeona vinclis*
*Præpetibus conturbat equis, horrentia pulſant*
*Membra rotæ, preſſaq. graues ceruice feruntur,*
*Diraq. ſanguineis latè patet orbita tergis.*
*Militis horrificas inter furor iraq. criſtas*
*Colludunt, & nocte ſatas metuendus ab axe,*
*Gorgoneas rigida peſtes pater increpat orno.*
*Vnde ſuum genitrix pelagi vada ſalſa petentem,*
*Antra ſubire iubet, gremioq. Palæmona condit,*
*Trataſq. manus, aliumq. Athamanta veretur.*
*Aſtra fidem vertere viæ, vaga concidit Arctos*
*Æquore pulſa metu, cuſtoſq. Erymanthidos vrſæ*
*Inſuetum petit axe ſalum, & noua regna pererrat.*
*Horruit Orion hinnituq. ictus equino.*
*Infremuit, petijtq. adici ceruicibus Atlas.*
*Percutit ignipedes, haſtaq. auriga trabali*
*Vrget equos, atramq. eiectat lampada dextra.*
*Quadrupedū premit ora fames, vtq. improba dorſo*
*Verbera Regis habent, rapidis perniciùs vndis,*
*Sauromatumq. ruunt iactatis ocyùs haſtis:*
*Actæus funebrè nitens, Aemonq. rebellis,*
*Tartareiq. gregis ſublimis gloria Cynthus,*

Et ducis Argolici quondam Adraſtæus Arion.
Iebreo. Aſt vbi Orontæo primùm ſtetit agmine, diram
Congemuit cladem, dedignatuſq. feroci
Impulit arma manu, ceſsarunt agmina bello,
Degeneri concuſſa metu, atq. in vallibus Echo
Edidit icta ſonum, & gemitũ procul arua dederũt.
Proſequitur rabiem, murorum è vertice crines
Attollens, inflatq. tubas, & timpana pulſat
Alecto. Eumenis, horreſcuntq. acti clamore Latini.
Ipſa Syris animum, vireſq. armata miniſtrat,
Apperiens Bellona fores, clypeataq. ducit
Agmina, conuerſo latè ferrata pateſcunt
Cardine clauſtra viris, & ſeptem excurſibus alæ,
Arctantur peditum, productiſq. enſibus horrent.
Qualis vbi ignoto liquidum caput extulit antro
Nilus, & vndiuago ſubijt vada ſalſa furore,
Hauſtas ſpargit opes, ſeptemq. ſuperbit aquoſis
Cornibus, excuſſæ pelagi latuere ſub antris
Nereides, Pharioq. pauent occurrere patri.
Triſtibus exarſit primùm Mauortius iris,
Martis Orontiades huiuſq. agitata lacerto
Cornus abit, diramq. fremens Euſtachius haſtam
Excipit, & dextræ fuſo rigat arua cruore.
Atq. ibi vt Aeneadem cedentem ex agmine vidit
Dardanidumq. choros, Romanaſq. ordine rupto
Deffeciſſe aquilas, vrbis iubet omne moueri
Vulgus, at erumpunt portis inopina ferentes
Prælia Sydonius, Tyrijq. exercitus alæ.

Quam

Digitized by Google

*Quã volucris fortuna rotat? nũc ſanguine parto*
*Gaudebant, ſua nunc celerant in caſtra Latini.*
*Nec ſecus obliquis vento maris excita giris,*
*Nunc petit vnda ſolum, nũc horrida ſaxa relinquẽs*
*Redditur Oceano, bibulamq. reducit arenam.*
*Stabat in elati ſublimis acumine collis*
*Euridion, Rutuliſq fugæ dabat vtile ſignum,*
*Cum ſubit haſta virum, frontiq. adlapſa repente*
*Cuſpis ineſt, tenueſq gemens euadit in auras*
*Spiritus, vtq. tubæ clauſus ſtabat ære ſonoro.*
*Clamitat, ora tacent, ſonitum tamen ipſa peregit.*
*Pallidus Auſonium proſpectans deſuper agmen*
*Corruit Euridion membrorumq. excita mole*
*Arua tremunt, duraq. rubent in ſanguine glebæ.*
*Sternit Achãta Pelis, Telin Ogreus, Ogrea Dor-*
*Dorcea Melchiades fero fugat agmina Romæ (ceus*
*Amphicreon, quatit Hebræos Theopiſtus iniquos.*
*At rutilo interea ſurgunt temone iugales,*
*Frænorum efflantes roſeos adamantibus ignes.*
*Vnde rubet ventura dies, impulſaq. primo*
*Lumine. Cymerias repetit nox humida rupes:*
*Dum Tarteſſiacis vxor Tithonia regnis*
*Accelerãs, rutila aſtra fugat, ſi quæ vlla superſũt.*
*At celer Eutrides, iuuenum comitante caterua,*
*Inuehitur plauſtro, clypeumq. exære rigentem*
*Portat, & Hyblæos aurato vmbone volucres.*
*Ac velut, Arctois Boreas vbi fuſus ab antris*
*Incubuit, rapidoq. fremit ſuper æquora niſu,*



Digitized by Google

*Præcipitat, medioq fugam rapit æthere nubes.*
*Sic vbicumq. viam ferro ſecat, arma recedunt.*
*Exanimeſq. cadunt Solymi, quatit aura comantem*
*Terrificis galeam criſtis, & nubila Solis*
*Sicut inardeſcunt radijs nitet ægide pectus.*
*Huic tamen ante alios curru Nabathæus Amintas*
*Obſtitit aurato, cuius dum pugnat ab axis*
*Dextra rotis, cornumq. mouet, uacuatq. pharetram,*
*Terga ſimul figens, ſetoſaq. pectora telum*
*Tranſigit, infixo concurrit corpore ferrum,*
*Hæret, & è gemina paulum cruor ire feneſtra:*
*Donec in alterutro rubeat fera vulnere cuſpis,*
*Eiciatq. animum, ducatq. in pectora mortem.*
*Diuerſi hoc fugiunt omnes, tegit horrida nubes*
*Pulueris armatas acies, tremit excita curſu*
*Terra Syrum, rapidiq. vorant pede rura iugales.*
quila. *Sic quoq. penniferas inter Regina cateruas,*
*Cum volucrum roſtro turmas inuaſit adunco,*
*Præcipites rapuere fugam, rapidoq. volatu,*
*Deſerta ætherei liquerunt atria regni.*
*Cedit Arabs, Induſq. pauens, & in ipſa pharetræ*
*Terga ſonant, pendentq humeris horrentibus arcus.*
*Barbara Orontæos confuſo examine muros*
*Turba petit, matrumq. ingens quatit aurea plangor*
*Sydera; qui poſtem primi irrupere ſonorum,*
*Roboreas claudunt ſtridenti cardine portas,*
lebræos *Obnixi latis humeris, nec mœnibus auſi*
*Sumere poſtremos, duro in certamine linquunt.*

*At*

*At tuba Dardanidũ ſonitu procul æthera cõplẽs*
*Increpuit, iunctaq. cum teſtudine ferri,*
*Tela per æthereos glomerarunt agmina campos.*
*Ferrea compages murorum ad limina fultos*
*Arietat in poſtes, gradibuſq. aſcendere turres*
*Nititur, & clypeos ad tela eiecta nitentes*
*Opponit; contra Solymi caput omne coronant*
*Murorum, ferriq. ſudes, & amara veneno*
*Spicula, & errantes plumbi per inania glandes*
*Atria deiciunt, lethæaq. pila reſoluunt.*
*Improba ſaxiferos torquent iam mœnia nimbos,*
*Marmoreæq. cient iacula exitialia pinnæ.*
*Ac velut aſſiduo ſcopuloſa Ceraunia pulſu*
*Verberat Oceanus, Maleaq. furentibus Auſtris,*
*Terribiles ſaliunt aduerſa in vela procellæ.*
*Nõ ſecus Oenotrias Solymæ gẽs Barbara turmas*
*Conturbat, non ora tamen, non fortia flectit*
*Pectora, concurrens iaculis lethalibus imber:*
*Dumq. etenim glans dira cadit, ceu grandine multa*
*Tecta infenſa manent, ita ſaxa horrentia parmis*
*Excutiunt, denſiſq. gemens tremit ictibus agger.*
*Tydea, luſtrantem celeri faſtigia plauſtro,*
*Deſuper Hebreæ pepulit furor improbus orni.*
*Auratas aſt ille manu dimittit habenas,*
*Semianimeſq. artus ingenti turbidus axe*
*Acclinat, curruſq. rotis abeuntibus hæret,*
*Impetus arma trahit, magnæ patet orbita latè*
*Caſsidis, & verſo tellus inſcribitur ore.*

Nec minus Hebræis ſæuit pars torua maniplis
Diri intus belli facies, ſtupet ipſe rebellem
Lymphatam aſsiduis Mauors terroribus vrbem,
Flexibileſq. vias, templiq ingentia replent
Atria fæminei cœtus, plangoribus aræ
Dant gemitum, luctuq. pauor crebreſcit amaro.
Horreſcunt ſupereſſe ſenes, cadit icta iuuentus,
Mœnia mœſtificis horrent agitata querelis,
Impubes lugent pueri ignorantq. doloris
Principia; & ſolas norunt mœrere parentes.
Illæ horrenda Syris tela, illæ improba præbent
Robora, conformantq. animos, iraſq. miniſtrant.
Sic vbi, ſanguineo feruens aluearia rictu,
Cæcropiaſq. inuaſit apes trucis impetus vrſi,
Armatæ incurrunt ſpiris, fremit aurea nubes,
Aduerſam inſigens aciem, atq. erepta fragore
Mella. & odoratos dolet amiſſis e labores,
Non ſecus aduerſi riget inclementia belli.
Cæruleum Pariјs ſurgebat in æthera muris
Turris magna Syrum, iunctiſq. hanc viribus omnes
Debellare acies, totoq. euertere niſu
Certabant, horrenda feri nec machina Martis
Balliſtæq. aberant, aduerſaq. turbine magno
Moenia trux aries elato ſæuior ictu
Vrgens, aeriј compagem exoluere muri
Tentabat; contra hoſtes glomerare ſagittas,
Et ſudibus Rutulos crebris cohibere minaces
Certabant, rapit ecce facem furibundus, & arci

[Ac]ie͡ ocu[l]orum.

Pro-

*Proximus Eutrides ardorem affigit adheſis*
*Sulphureum tabulis ea tecta repente ruinam*
*Corripiunt, & victa rogo cadit ardua moles,*
*Vnde inhonora phalanx aduerſi pondere muri*
*Preſſa gemit, funditq. animos tamē unus Amyntor*
*Et Chromis effugiunt, quorum generoſus Amyntor*
*Vt ſe ſe in medios hoſtes vltro aſpicit, enſem*
*Nudat, & Aeneadum ferro inter millia tendit.*
*Sic Libicus denſis hominum leo cinctus ab armis*
*Tela ſuper furibundus abit, ſeq. inclitus hoſti*
*Obijcit, atq. vtero venientibus obuiat haſtis.*
*Conſurgunt contra Auſonij, & lethalibus vrgent*
*Ictibus, atq. vnam mille explent vulnera mortem.*
*At Chromis interea pernicibus agmina plantis*
*Deſtituit, muriq. manu ad faſtigia tendit,*
*Et niſu, teloq. ſequens cum fragmine pinnæ*
*Hunc trahit Eutrides, & fixo gutture cogit,* Alexād
*Triſtis ad infernas animum Ducis ire latebras.*
*Nec longum elatis languentem in mœnibus Aron*
*Deſinit, hunc Galli primum romphæa ferocis*
*Tranſigerat, dumq. ille refert ad vulnera dextram,*
*Ecce nouum ſtridens medium ſubit æthera telum,*
*Infigitq. manum, primaq. in fauce reſedit.*
*Interea Odryſij currus Bellona iugales*
*Excutit, ac celeres dextra increpat, atq. trabali*
*Sanguineus Mauors, quantum ira manuſq. ſinebant,*
*Surgit Alexandri generoſa in pectora quercu,*
*Corporaq. in caſſum telo Ducis improbus vrget.*

*Mu-*

Digitized by Google

*Mugijt hinc altùm ſtridens, nam mœnia cernit*
*Triſtibus acta rogis nec ſe in certamine tanto*
*Confidit glomerare manum, at ſeptemplicis orbem*
*Eiectans clypei, tabentia rura nitenti*
*Cuſpide confodit, circum infremuere Barathri*
tonis. *Antra, & Auernæi tremuerunt Regna Tyranni.*
*Verùm ibi diuiſo præceps humus ore dehiſcens*
*Scinditur, atq. altùm lapides iaciere cauernæ.*
*Mox illum horrendæ fauces, & abire parantes*
*Cornipedes, axiſq. rotas in Tartara mergunt.*
*Dum procul infando ſignum miſerabile Diti*
*Crinalem Alecto mouit furialis echydnem.*

FINIS LIBRI TERTII.

Digitized by Google

# ÆXPVGNATÆ HYERVSALEM

## LIBER QVARTVS.

### ARGVMENTVM.

*Tartara dum coeunt Danai cele-*
*brantur honores.*

VT ſubitus Dæmon ſquallentibus incidit antris,
Lethæoſq lacus infernaleſque ſeueri
Plutonis thamalos ingenti exterruit vmbra;
Protinus Eumenides, populuſq. Acherõtis opaci,
Concilium deforme ruunt, glomerantur Auerni
Di quibus imperium funeſtaq. pinguibus hydris.
Tiſiphone horrendas vocat implacabilis vmbras.
Iamq. quot infauſto genuit nox improba partu

Fu
inferna

*Agmina concurrunt regni graueolentis ad arcem;*
*Namq. vbi rauca dedit tuba formidabile ſignum,*
*Quo procul horrendæ ſonitu intonuere cauernæ,*
*Continuo venere ſimul, Diſcordia demens,*
*Dira lues, tremuloq gradu longæua ſenectus,*
*Terror, & immites pallenti examine Curæ*
*Et dolor, & lacero ſtridens velamine Luctus;*
*Tum variæ facies hominum, queis vltima giro*
*Voluitur in rigidum pars incuruata draconem,*
*Centauri ſphingeſq illic, Scillæq. biformes,*
*Harpyæq. truces, & cærulei Pithones,*
*Horrendùm q. fremunt Hydræ, ingenteſq. Chimeræ,*
*Nec procul in medijs ſcopulo ſtat nixus amico*
*Iuppiter Infernus, vibrat manus horrida ſceptrum*
*Dextra bidentifidum, nec ſurgit in æthera tantùm,*
*Algenti contecta niue pars maxima Tauri,*
*Caucaſeum culmen, vertexq. excelſi Erymanthi,*
*Aut Rodhapes, aut Ida virens, aut Pelion ingens,*
*Vt fera Tartareæ ſurgunt Stygis ora Tyranni.*
*Horrida maieſtas diræ ſub imagine formæ*
*Terrorem ingeminat, frontem tegit horrida nubes,*
*Hydriferas amplexa comas, ardentq. veneni*
*Lumina picta notis, ingens tegit hiſpida pectus*
*Barba inculta cadens, pontiq. vt aperta vorago*
*Panduntur fauces taboq & ſanguine ſordent,*
*Atq. vti præruptis ignem iacit Ætna caminis*
*Fumanteſq globos altùm, & caua nubila torquet,*
*Cum mouet Enceladus deiectum fulmine corpus,*
Co-
Digitized by Google

*Conaturq. atris flammam eructare cauernis,*
*Sic Iouis extremi vultus, ſic ora cauernas*
*Igne replent fumoq. tegunt, nec protinus auſi*
*Tartarei: donec veniam ferus ille ſedendi,*
*Immani iubet eſſe manu, tamen horridus omnes*
*Armiger ante alios, terræ vt compage ſoluta*
*Et belli ſudore madens, horrenda petiuit*
*Atria, ſanguineaſq. dedit Gradiuus habenas,*
*Incipit; vſq. tenus magni haud temnenda parentis*
*Imperia & duros potui tolerare labores.*
*Solus in Auſonios, Rutuliſq. accinctus ab armis,*
*Dum Chaos antiquũ, & tenues regnare ſub vmbras*
*Vos iuuat, ingenteſq antris cohibere furores, (tũ*
*Hæ quæcũq neces, fluido hæc quod sãguine mul-*
*Teſqua rubét, Stygiiſq. horét ſimulachra cauernis,*
*Hoc vnum mea dextra dedit. ſtant ſontibus aruis*
*Quattuor errantes Danaum ſine lege phalanges,*
*Argolicuſq. puer, Tegeatiſq. accola campi.*
*Iamq fatebor enim furiarum oblita ſuarum*
*Corda tepent, torpentq. manus, ruit ignea lampas,*
*Verſatoq. nimis ſitiunt adamante iugales,*
*Vos quibus, errantes ſugunt ceruicis echidnæ*
*Lethæi nunc amnis aquas vos ſurgite mecum,*
*Et iuuet infernis agitare furoribus hoſtes,*
*Talibus horrendi dudum pater improbus Orci*
*Ingemuit dictis, laté vnde omnis Auerni*
*Praſremit, tardoq palus Acherontica riuo*
*Oerſonat, & ſtygiæ requieſcunt murmura ripę.*

*Tar-*

*Tartarei Reges Herebi, cæleſtia quondam*
*Numina, quæ ſuperis mecum violenta fugarunt*
*Fata polis, terræq. antris clauſere profundis,*
*Quæ noua cæruleum rabies Phlegetontis auari*
*Æthera deiecit campis, vmbraſq. ſilentes*
*( Auſus tartarei temerare ſilentia Ditis )*
*Turbauit, Phœbiq. meis iubar impulit oris?*
*Quò tantũ ſtirps dira fremit, quò nã vſq. ſuperbis*
*Gentibus eludor? vicit, me incluſit Auerno,*
*Edomuit vinclis, ingentiq. abdidit Orco*
*Altitonans, nec tanta ſatis? compreſſa ruinis*
*Num penitus mea templa cadent? claudẽtur opaca*
*Atria labentes homini tot aperta per annos?*
*Et quid ego ignauus teneo furibunda Gigantum*
*Pectora, & aſtriferum cupidos exire ſub orbem*
*Titanas? cur non audacem Ixionis armo*
*Igne manum, & Titio abſcedit ſatiata volucris?*
*Ite age quò rapti proceres; pandam omnia regna,*
*Tartarei exoluam crudelia monſtra Barathri,*
*Et Stygis inficiam funeſtis nubibus aſtra.*
*Quin magis infando obnixum Regem ore Tonanti*
*Ferre iuuet qui bella mouens exerceat iras,*
*Sic ait: at circa dudum trucis atria vulgi*
*Icta tremunt, dubijſq. hæret Trynacria flammis;*
*Nec magis ætherijs velocia fulgura campis*
*Incurrunt, vt teſqua ſinunt immania regni*
*Agmina & arcanæ vacuantur luſtra cauernæ.*
*Voluebat lentos flammato vortice riuos*

Pin-

*Pinguis aquis horrenda palus, quam triſtibus vrēs*
*Ignibus immitis Phlegeton graue olentia vaſto*
*Turbine torquebat rapidis incendia ramis.*
*Vtq. ibi conſurgens tenuit vada putrida paſſu*
*Neptunnus ceſſere rogi, ſtetit horrida pulſu*
*Icta tridentis aqua, & ſolitas compeſcuit iras.*
*Parte alia horribilis ſpumanti ſanguine feruet*
*Cocytus, tepidaſq. ruens humectat arenas.*
*Segnior aſt Acheron, taboq. & lubrica viru*
*Irrigat ignauo tardus caua littora paſſu,*
*Vltima mæſtificis lachrymarum ingentibus horret*
*Vnda vadis rectàq feri petit hoſtia Ditis.*
*Cerberus hæc biforum recubans vbi perfidus arcu*
*Perſonat antra cauo, collumq. immane catena*
*Cinctus Echidnæa latrans quatit ilia cauda.*
*Iamq. aderant portis, vbi turbidus igne rogali*
*Tartarus ætnæis erumpit in aſtra caminis,*
*Iamq. per anfractus Neptunni horrendus ab Orco* Encela
*Carpebat, iam currus iter, ſtratiq. Gigantis,*
*Magna ſereniuagum cupiens exire ſub orbem*
*Orbita ſanguinei plauſtrum ſuper ora trahebat,*
*At gemit incenſis expirans fulmina membris,*
*Qui prior excelſum Phlegrææa in valle Taburnum*
*Mouerat Oſſæis imponere rupibus Idam*
*Conatus vaſtoq diem contriſtat ab antro.*
*Limina nulla patent, clauſæq. adamante ſonoro.*
*Stant bifores, arctaq ferum compage retardant,*
*At ſecat ille moras, pulſæq. tridentis ab ictu*

*Di-*

*Diſiliunt valuæ ingentes atq. excita motu,*
*Deſinit igniuomis flammam eructare cauernis*
*Inſula Dardanij quondam domus hoſpita Regis,*
*Ingemit, & Lypare, fugiuntq. incude relicta*
*Sulphureus Steropes, atq igneus ora Pyracmon*
*Et rapidus Brontes dextra, & Iunonia proles.*
*Sic, vli flammiuomis abolerent moenia tedis*
*Mirmidonũ, Dolopumq. acies. propria impulit ictu*
*Lomedonteæ fumantia Pergama Troiæ.*
*Interea Eutrides ingenti ad prælia partu,*
*Exultans iaculis, & lumine fuluus aheno*
*Pergit ouans, ſpiris vt cum rutilantibus anguis,*
*Frigida quem pluuio glacies tumulauerat aruo*
*Nunc nouus exuuijs, criſtaq inſignis & auro*
*Sibilat, & ſquammis multum crepitantibus horret;*
*Vna ibi magnanimus Laurens, vna Itala pubes,*
*Argoliciq fremunt flammaſq in moenia torquent.*
*Aſt fera Orontiadum iam rareſcente corona,*
*Arietat in portas ferrata cuſpide quercus*
*Regis Alexandri, nutanteſq. impeſe vaſto*
*Roboreæ ſtridunt valuæ, poſteſq. reuulſo*
*Cardine ſuccumbunt, productiſq. enſibus horret*
*Sæua manus Latium latè loca milite replens.*
*Sæpe ita detecto reſonantibus obijce limphis,*
*Explicat aggeribus ſinuoſa volumina torrens*
*Spumeus, aerias quercus, abruptaq. curſu*
*Saxa roſans, magnoq. ſubit vada ſalſa fragore.*

Ob-

Digitized by Google

Obuius ante alios hominum comitante caterua,
Dum ſuper impoſitos altaria cuſpidis ictu
Cęderet agnorumq. artus, ſuperoſq vocaret
Conſtitit Anadreon, templiq araq ſacerdos.
Atq. ibi Tyrrhenus vibrato interritus enſe,
O' ueſane nimis, propriæq. ait inſcie ſortis;
Dum Regem mulcere poli. & prece ſydera curas,
Hic morere, infrendenſq. illum redolentibus aris
Corripit, & ſacris illidit pectora muris,
Implicat inde comis læuam, dextraq. ſecurim
Vibrat, & abiectum linquit ſine nomine corpus.
Mox ſaxum immane ingens, quod forte cruentans,
Fuderat extremas dudum ſuper oſtia voces,
Auellit, totoq. fremens hoc pectore librat
Feruidus, ingentemq Syris fert mole ruinam,
Quattuor horrenti compreſſa cadauera ſaxo
Triſtè iacent, totumq fugam rapit eminus agmen,
Non etenim funeſta ſolo aſpernanda recumbunt
Corpora, ſanguineus Prothoe, & Phoenicius Alcō,
Fulmineuſq. Cidon Regiſq è ſanguine Phorbus.
Ecce autem effuſis per eburnea colla capillis,
Vt procul Oenotrias aſpexit Lesbia turmas,
Tyrrhenumq. equitem, fractis ſe immittere portis,
Illius ante pedes vultum demiſſa profatur.
Vince animos. iramq. tuam, patria agmina uincens,
Da precor intacta, Latiæ laus inclyta gentis,
Virginitate frui, ſuffuſaq. lumina guttis
Cernit Alexander, rumpitq hanc pectore vocem,



Digitized by Google

Haud fruſtrata meis virgo generoſa ſub armis
Tè recipis, medio, dum ſpiritus hos reget artus
Agmine, & Auſonias mecum libera ibis in vrbes.
Pone modū lachrymis, quod ſi tibi maxima Regni
Tecta, & Orontæi decreſcunt ſceptra parentis,
Tu tamen Oenotrias inter formoſa phalanges,
Dardanijs optata nurus venerabere virgo.
Dixit, & armigerū lora inter, et arma fremētē,
Hyppomedonta iubet, nota ad tentoria verſis
Hanc reuocare rotis; ferturq. Hebræa citato
Curru, & ab armiſonis tranſit venerata maniplis.
Ille autem armatis auſos concurre dextris,
Et Lyciam, fluuumq. comis quatit aggere Buten,
Sydonium Buten, ripas ad Orontis aquoſi
Quem Lyrias eſt nixa parens, Lyciamq. Damaſco
Exortum aprici prope tabernacula campi.
Nec procul incurui pugnam imperterritus æris
Inachus horribilem verbo, & clangore ciebat,
Cum ducis acta manu vultum ſubit Itala cornus,
Perq. tubam latè fluitans è gutture ſanguis
Murmurat, & tepidis læta implet gramina riuis.
Hunc ſuper haſtili Terebinthius obruit Ogreus,
Namq. illum, infixa nequicquam euadere planta
Dum putat, impacto proſternit in arua iugale,
Et mæſtum, atq. ægra membrorum mole trahētem
Ilia, magnanimus iacta violentiùs orno
Impulit ad terras, iterumq. accl nat arenis.
Inde Amarintia lem diræ fera forcipis ictu

Par-

Digitized by Google

*Parca premit, Stygioq. caput deſtinat Auerno;*
*Stridula namq. humeris toto Ducis icta lacerto*
*Haſta ſubit, cæciſq animæ penetralibus hæret.*
*At procul horribiles magno quatit æthere pēnas*
*Tartarei gens nigra Iouis, domitorq. profundi*
*Æoliam venit, Regem reuerentia Regem*
*Cautis nulla docet, dedignatuſq. trabali*
*Impulit ad terras aduerſam cuſpide rupem,*
*Immiſitq. Nothos, nigrum per inane rapaces*
*Apparent nimborum acies, Solymæq. rebellis*
*Corripuere viam, crebris micat ignibus æther,*
*Vmbrarumq. globos, admixtaq. Tartara cælo*
*Voluit hyems pluuijs vaga rura, boumq. labores*
*Præcipitat. Solemq rapit, noctemq. reducit.*
*Protinus Heſperios nimboſa volumina vultus*
*Imbribus aſſiduis quatiunt faciuſq. remotis,*
*Deiciunt ſæuas murorum è culmine turbas:*
*Nec ſatis Eutrides; nā quà globus imminet ingēs*
*Dum fremit, è portis feralia numina ſeptum*
*Nubibus excludunt, galeā quatit humidus imber,*
*Et mæſtum Rutulis abluto ſanguine reddit.*
*Interea Aeneadæ tabenti ſanguine ſordem*
*Sublatum campis, Aetolum ad caſtra ferebant.*
*Atq. vbi prima cauas Tithonia depulit vmbras,*
*Imperat extincti Cæſar lugubre pheretrum*
*Attolli, nec caſtra ſinunt Acheloia paruo*
*Aetolum fumare rogo: ſed Martia tellus*
*Curribus, & clypeis, hominumq. rigentibus haſtis*



Digitized by Google

Horruit, hinc primùm ſertis, viridiq. cupreſſu,
Per quas flãma crepet ſtruitur thorus, inſuper ordo
Proximus Eois inſignis odoribus altùm
Surgit, & extremo prætexitur area ferro,
Ereptas complexa iubas, ſonteſq. ſagittas
Loricaſq. & choritos, galeaſq. comantes.
At Lyguris longè eſt nemorum, ſyluæq. ruina
Sternere opus funebre pyram, procul icta trahũtur
Robora, fraxineæq. trabes & bellica pinus,
Alniq. & cedri, & tiliæ, palmæq. rigentes.
Dant ſonitum valles, mæſtiq. erepta queruntur
Abdita luſtra Pales, vmbrarumq. otia triſtes (phãs
Fauni & Amadriades; ſuper hæc velut ante tryũ-
Conſtitit Argolicus; Nerſi impellente veneno,
Vt quondam arborea iacuit Ioue natus in Oeta.
Stant circum aurati proceres, Acheloia circum
Turba manet, gemitumq. refert ad ſydera tunſis
Pectoribus, rorantq. Ducum tepida ora Pelaſgùm.
At verum aſpexit fauces vbi vulneris atras
Veſpaſianiodes ſparſus paruo humida rore
Lumina congemuit, paulumq. his vocibus hæſit.
Quid tibi magne puer lachrymas quid ſoluimus vr
Quẽ licet eripiat diræ inclementia ſortis, (neč
Non tamen extinctum ſoboles Oenotria turpi
Vulnere proſpiciet, nec non tua funere paulum
Græcia fulgebit geſtis, dum laude ſuperbit.
Victor ad Eliſias aſperſus ſanguine ſedes
Victor abis, ſed flere iuuat, quem diram triumpho

In-

Digitized by Google

Inuidit fortuna meo, & nece torua peremit,
Vos quoq; fœlices Tegeaticus accola Piſæ,
Aetoluſq; Ebron, qui regia corpora letho
Emiſtis, vos nulla dies vnquam eximet æuo.
Dixit & Auſonios ingenti examine mittit
Ductores, qui ſerta face atq. immite pheretrum
Corripiant, ramiſq; ferant adolentibus ignes.
Ille autem extructæ ſublimis acumine pompæ
Fulget, Amadriadis ſectus ceu pollice Nymphæ
Flos tenuis violæ, aut ſuaue expallens Hyacintus,
Iam neq; viuit adhuc, nec pallidus ore pependit,
Aſt auido rubet igne polum, & caligine denſa
Conditur; Hæroes inſignibus aggere verſis
Luſtrauere pyram, crepitant tela horrida flammis,
Exanimeſq. focum fumeſtant ſanguine Tauri,
Torrentes repunt flammæ, nec ditior vnquam
Ante regus; rapuere iubas incendia, feruet
Scutorum incandens aurum, lentumq. liqueſcit
Argentum, & ſudant Arabes fruſta ignea ſuccos.
Et iam finis erat, fumanteſq; igne ſupremo
Spirauere faces, iam ſe rubicundus Olympo
Lucifer attollens, noctes rutila aſtra fugauit,
Cum tuba funebres toto canit agmine pompas,
Multaq. nigrantum ſacrant immania Reges
Terga boum. & pecudes iterum; at ſtipata iunctus
Grandia puluerei venit ad certamina Cyrci.
Conſtitit in curru Danai germanus adempti
Indomitus Doroneus. frænoq. & zona ſuperbi



Digitized by Google

*Quadrupedes ſubiere iugo, Smynteus, Acernas,*
*Myrtilus, & Clydon rapidus, mediumq. per aruum*
*Spumea o perpetuis arſere adamantibus ora.*
*Inde rotis ſummæ rutilo præſignis Enyſus*
*Caſſidis igne rubet, Tyrrheniq. aurea currus*
*Magnanimum toto Cygurem trahit orbita campo.*
*Eurius ante alios virgata veſte iugales*
*Emicat, Hyrcanam ſubſtratus tergore Tigrim,*
*Igneſcunt fumo nares, grauis vngula glebas*
*Exercet, ſpiranſq. iubam quatit aura comantem;*
*Albenti effulgent gemmata monilia collo*
*Pactoli ſublime decus ſtupuere volantem*
*Telaq. & Æolio diffuſi, è carcere venti.*
*Vmbranti Aethereas capite erumpebat in auras*
*Vlmus opaca ingens, ſcitemq. vbi vertere currus*
*Aurigis hæc meta fuit, iamq. eminus ardent*
*Quadrupedes, fumiq. globosè naribus efflant,*
*Dentibus æra ſonant, mandũt rabida ora catenas,*
*Impatienſq moræ putrem quatit vngula campum.*
*Verùm vbi terrifico ſonuit tuba concaua cantu*
*Corripuere fugam gemitumq. aduerſa dederunt*
*Arua pedum; quæ pulſa manu tela horrida tãtùm,*
*Quæ pelago ratis vncta volat, qui nubibus ignes?*
*Segniùs aſtra cadunt, currit cita tardiùs haſta,*
*Segniùs, & gelida Boreas ſe effundit ab Arcto.*
*Puluerea iam nube latent vbi feruida pulſat*
*Orbita putre ſolum crebriſq. inſibilat æther*
*Ictibus; at celeres aurigæ in verbera pendent,*

*Non*

*Non ſecus, atq. vna latebroſo è pumice ſaxi*
*Præcipites cernuntur aues, per inania cæli*
*Regna Iouis rapido præuertere tela volatu*
*At ſine lege Lygur Tyrrheni inſtabat ab axe*
*Axis equis nimiaq. rotas leuitate ciebat;*
*Nouere alipedes inſuetaſq. aggere voces*
*Principis accipiunt, vnde ipſo à limine currum*
*In diuerſa trahunt, rapiduſq. vagatur Amycles*
*Ante tamen cunctas volueris rota fertur, & aruo*
*Puluerulenta fugit, longum inſi ctantur, & inſtant*
*Argolicus Doroneus pictæq. inſignis Enyſus*
*Igne iubæ, iuxta gemini: & nunc Atticus ante,*
*Nunc Gallus ducitq. globos in nubila puluis.*
*Iamq. theatralem compulſi verbere gyrum*
*Tranſierant telluris equi, propiorq. tenebat*
*Signa Lygur, medijs & ſi celer Eurius aruis.*
*Exerret, nullaq ferat grauitate catenas.*
*Cum ferus attollens ſinuoſa volumina ſerpens*
*Proſilijt campo, liuentibus æthera linguis*
*Inficiens, iraq. tumens, timuere furentem*
*Ais equi, verſoq. putant temone reuerſi,*
*Aſt ibi præpetibus plauſtri fugientis Enyſi*
*Conflixere rotis, & acuto in murice ſaxi,*
*Quo fracti cecidere ictu, ante ex cuſſa lupati*
*Pectora cornipedum, totoq. hinc inde Theatro*
*Oppreſſi rapuere fugam terrore iugales.*
*Nec mora Abantæus rapido ſubit ocyor Auſtro*
*Smintæum impellens, pingui volat excita campo*



Digitized by Google

Et prior intonſam Danai capit orbita metam.
Tunc palmam, & Aetneis victor vigilata caminis
Argolicus rutila arma refert, galeamq. comantem
Et clypeum vaſto infœlix vbi gurgite pontum
Spernit Abidenus, patrio ſedet anxia tecto
Sextias, atq facem cæco rapit impete Caurus.
At tibi mœſte Lygur Nemæi inſigne leonis
Vellus, vbi alternos aurum decorauerat vngues
Affertur clamydemq. refert inſignis Enyſus,
Texta vbi diffuſis velox Atalanta capillis
Ibat, at Hyppomanes frænans Scheneida curſu,
Aurea mala iacit, metæq. ad ſigna perpinquat.
Interea armorum cuneis Rutulumq. maniplis
Obuiat anguis humo, et Latias fugat aggere turmas
At rapit aſſurgens illi, quod rura ſecabat
Saxum immanè ingens, dirumq. adit obuius hoſtem
Fulmineus Laurens, nec Martia turbine tanto
Surgunt funerei bellantum in caſtra molares:
Dat gemitum tellus, iactæ tamen irrita virtus
Molis abit, cedenſq. etenim, atq. in terga refuſus
Effugit ingenti miſſam conamine mortem.
Fraxineam mouet inde trabem, telumq. coruſcās
Argolicus Doroneus, vulnus non tu incipit vſquā
Hoc fugies ſeu tu viridis trux accola campi,
Seu Stygis arcanæ, non ſi tua corpora Pluton
Afforet indutus, ſæui ſubit ora draconis
Haſta tremens; ſpiriſq. hæret metuenda triſulcis.
Perq. aurum ſquallens, criſtamq. iniecta ferocis

Siſtit, & effuſi ſpargit ſanie arua cerebri.
Tunc ciet emiſſo pugnam tuba concaua diſco,
Aeratamq. Dares obnixus pectore maſsam
Deicit in medium, & primo ruit Acis Acarnas;
Dein duo Spartiatæ, Rhodano ſatus Itis, Elampus
Arcas, & Eutridis laudum ſoror æmula Regis.
Excutit Alcidamas, & caſſide verſat ahena
Nomina cuncta virum, cecinit prius Itida campo
Turba frequens, plauſuq. hominũ, et clãgore ſecũdo
Pondus in aſtra rotat iuuenis, ſpatia ardua Cyrci
Aſpiciens, liquidumq. graui ſecat Aethera diſco.
Ocyor ille Notis, & fulguris ocyor æthram
Igne ſubit, mox rura petens ſe in puluere condit.
Sic vbi ſulphureis flammam eructare cauernis
Cæpit, & Enceladi primum valida oſsa, laceroſq.
Aetna ſuper iniecta ruit, iaculata Gigantis
Turbine, in ætherios terreſtria viſcera campos
Corripuere viam, pelagoq. immerſa quierunt.
Inde ſubit pugnæ, iactatq. interritus Acis
Pondere liuentis Cyrcum tranantia plumbi;
Deſinit ingenti viridis ſpatia alta rotatu
Aggeris, & celeri ſuperum petit horrida moles
Humida regna gradu, dein ſparſa infertur arenæ.
Collaudant Rutuli, patriaq. inſignis Elampus
Arte, manu ſolitus tranſire Erimanthides vndas
Conſtitit aſſurgens, & pectore nixus, vtrumq.
Tranſilit, emiſſa reſonauit mole Theatrum.
At roſeis Laurinda genis vaga fulget Amazon,

Aera-

Æratamq. graui contorquet turbine maſſam;
Se ſuper eiectam, celerat per inania vaſto
Regna gradu, & celerans caput inter nubila cōdit.
Verberat inde ſolum, frondentis at vltima Cyrci
Limina tranſaliјt, opreſſaq. vincla leænæ,
Quæ pretiū ad ſtabat pugnę, magno impete frāgit
Terribiles quatit illa iubas. ſaliuntq. comantes
Circum colla feræ, multùmq. huic lumina triſti
Ardore ſuccenſa rubent, tremit vnguibus actus
Agger, & impreſſæ pandit veſtigia caudæ.
Protinus Heſperiјs greſſu mouet horrida turmis
Prælia, purpureum ructans rabido ore cruorem,
Dum rictu Romana fugat pauida ora minaci,
Accenditq iras, totoq. ſuperba Theatro
Fulgurat & mota ad bellum præſudat arena.
Nec mora diſsiliens illic variabile vulgus
Contremit, ingentiq. locum formidine linquit,
Certamē agitario rum. Verùm ibi Retheis Teucrorum aſſuetus ab antris
Idæas ſtimulare feras, & arundine tigres,
Arduus Hyppomedon toruæ ſtetit horrida contrā
Auriga Alexādri. Membra feræ, telumq. manu immedicabile torſit.
Protinus horrendùm ſtridens it Dardana cornus,
Horribileſq. thoros, & in hiſpida pectora tranſit;
Triſtis at illa ſui maculas vt in aggere cernit
Sanguinis, aſsurgens rigida ceruice comantem
Cæſariem excuſsit, Phrygiamq. rapacibus ornum
Dentibus infregit, toruæ implacabilis iræ
Feruet amor, diriſq. ferum petit vnguibus hoſtem.

Non

Digitized by Google

*Non tulit hæc Dorilas, cornuq. agitante ſonoro*
*Illius haſta tremens liquidum ſecat æthera ferro,*
*Immanemq feræ procurſu euadit in aluum,*
*Dum ſolito aſsurgens vna imperterritus ore,*
*In fera marmoream conuertens guttura dextram,*
*Deicit exanimem, diſciſſa fauce, leænam*
*Flauus Alexander, cinxitq. hinc bellua ſetis*
*Magnanimum (ſi vera canunt) flauentibus hoſtem.*
*Taliter indomitum Cleonæa in rupe leonem*
*Perculit Alcides, magniq ærumna laboris*
*Hoc peperit ſublime decus, quod flaua perempti*
*Amphitrioniaco penderent vellera tergo.*
*At Lyciam ornatus pharetrā caua tempora ſerto,*
*Cornibus aduerſæ, & dira qui infixerit orno*
*Membra feræ, plauſuq virùm, ſonituq tubarum*
*Accipit Hyppomedon, galeamq. inſignis Amazō* Iau ind
*Cuius in emiſſo ſpectata eſt gloria diſco.*
*Huius in ardenti ſplendeſcit vertice gemma*
*Niſæis erepta vadis rutiloq rubore* Ab H
*Deſuper Hebræos latè perterritat hoſtes.* ſpe.
*Vnus ibi incuruo Laurens ſuperauerat arcu* Rex lig
*Amiſſa intrepidus palma, iuuenemq. Latini* rum.
*Vrgebant circum iuuenes, aut nubila corno*
*Scindere, puluereiue oras traſmittere Cyrci.*
*Ille autem aduerſas iactu configere portas*
*Cuſpidis arboreæ, cornu oſtentanſq. manumq.*
*Nititur, (horrendùm viſu) breuis icta volatus*
*Vix ſpatium dimenſa redit, quaſq. egerat auras*

Rur-

*Rurſus habet, iuxtaq. leuem cadit haſta pharetram.*
*Multa Duces cogitant; illi obuia nubila, & altum*
*Incubuiſse Notos, contra excita turbinis ictu*
*Tela putant alij; verum latet exitus omnes*
*Funeris Hærois, tantum miſerabile Regi*
*Amphicreontei telum notat haſta lacerti.*
*Aſt vbi luctandi proceres optata citauit*
*Gloria, multiplicem magni Theopiſtus amictum*
*Corporis abiecit, cælo leuat arduus illinc*
*Pectora; præcelſoſq. ingens Euſtachius artus,*
*Loricæq. nodos, clypeumq. ex ære rigentem*
*Deſinit, atq. hauſta Cyrci veſtitur arena.*
*Iamq. ferox niſu patrem Theopiſtus, & aſtu*
*Acclinat, magnumq. humeris incuruat in arcum:*
*Ille autem Iliaca velut alta cupreſſus in Ida,*
*Culminis imbriferos ceruicem effundit in Euros,*
*Concuſſa radice gemens, & proxima terris,*
*Protinus aſſuetas caput elatura per auras.*
*Haud ſecus ingēteſq. humeros, atq. immania mēbra*
*Curuat, & intrepidum latè duplicatur in hoſtem;*
*Et iam vtrumq. ægros quatit æger anhelitus artus,*
*Defeſſiq. ambo genibus frontemq. latuſq.*
*Pectoraq. aduerſis vrgent nutantia dextris.*
*Setigeriq. vt ore ſues, velut aſpera rictu*
*Prælia terribiles ineunt horrentia tigres*
*Ceu gemini ingenti Tauro, vel rupibus Oſſæ*
*Bella cruentatis ineunt diri vnguibus vrſi,*
*Non ſecus incurrunt, ictumq. in pectora fingens*



Digitized by Google

Poplitis inuehitur patris Theopiſtus in arcum;
Ille autem induta corpus ſudoris arenæ
Imbre rigans, ictuſq. genu, quatit arduus aruum
Pectore, & oppreſſi frontis, laterumq. ruina
Ora tegens uati, magnis latè abdidit armis,
Fruſtra ibi ſub vaſta membrorum mole Gigantis
Conatur iuuenis, donec de puluere ſurgens,
Sordida bellipotens èrexit corpora miles.
Sic vbi roboream, Rodhopæo in vertice, quercum
Obruere agricolæ certant, ea pulſa ſecuri,
Vix ſe ſe radice tenens, compreſſa coloni
Sæpius oſsa cadens, hoſtileſq. atterit artus.
At decus ecce viris, deſponſaq. munera ludi
Redduntur, paritèrq. ambo fulgentia dono
Tela ferunt, belliq. ſolum veſtigia pandit:
Prælia terrificos manibus protendere cæſtu (Certami coeſtu cō tēdentiū.)
Quinta iubent, magnoq. virum terrore ſuperbus
Grandiaq. oſtentans membra, immaniſq. videri
Conſtitit Eunomaus, fuſoq. nigrantia plumbo (Rex Hyſpaniæ.)
Hiſpida terga boum, proprijs haud molior vlnis,
Induitur, ſæuiſq. manum circumligat armis,
At contra indomitus Regum de gente Pelaſga
Proſilijt Doroneus, fulgentemq. vnguibus aureis
Tigrida, & aſſuetos humeris deiecit amictus.
Ilicet alteruter tenues erectus in auras
Fulmineas rotat ecce manus, ſtant lumina cautè
Membrorum in ſpeculis, igneſcuntq. ora labore.
Ille vaporiferis veluti Polyphemus ab antris,

Fal-

Digitized by Google

*Fulgurat in ſuperos crinito vertice campos,*
*Extollit latos humeros, & in æthera tendit*
*Cyclopis non mole minor ventoſq. laceſſit.*
*Hic puer aſt omni pernicibus aggere plantis*
*Currit, & aduerſas fugiens aſtu irritat iras.*
*At Tarteſſiacus rapidas medio aere miles*
*Eiectat ſine lege manus auidoq; nocendi*
*Impete contendens violenta in verbera pendet;*
*Cymba uti fluctiſono reticentibus æquore ventis*
*Ingentem premit arcta ratem, pelagoq. pererrat.*
*Illa immota manens, venientem à uertice ſummo*
*Deterret, diſparq. pari fremit vtraq; bello.*
*Aut velut immanem Lybicis Elephanta ſub oris*
*Vndiq; Rinhoceros luſtrat, cornuq; repando*
*Grandia magnanimæ fruſtra ſubit ilia beluæ,*
*Ecce autem Eunomaus lapſuram in uulnera dextrã*
*Tollit, & Argiuus Cyrci per inania cæſtum*
*Declinat, mediaq; rotans percurrit arena,*
*Sed ruit Heſperius tergo incuruatus, & altè*
*Seſe haud ſponte premẽs, cæſtus duplicatur in ictũ.* Eunomaus. Doroneus.
*Nec mora Rex Danaum nutanti interritus herens*
*Deicit aduerſum, grauis ore momordit arenam*
*Eunomaus, ceciditq. rudem conuerſus in agrum.*
*Aſt Iber obnixum niſu metuenda Pelaſgum*
*Tergora diſcutiens glareoſo extendit in aruo.*
*Inſtantemq. manu feruentem ignibus iræ*
*Titus vt aſpexit, Doroneum auferte Latini*
*Ite, ferox Iber ite, furit, date præmia pugnæ*

Ereptum-

*Ereptumq. ſuis Regem aſſeruate Mycenis.*
*Dixit, at erumpens illum Theopiſtus, Enyſus,*
*Fulmineuſq. Lygur cyrco, & præſignis Amazon* Laurinda
*Diuertunt, viridiq. premunt caua tempora ſerto.*

FINIS LIBRI QVARTI.





Digitized by Google

# EXPVGNATÆ HYERVSALEM

## LIBER QVINTVS.

## ARGVMENTVM.

*Sternitur Aetolus, rapidiq. fugantur Achiui.*

TVrbidus interea pelagiq; moderator auari,
Funeris haud æquo proſpectans lumine pompas,
Concuſſitq. comas, rupitque hanc pectore vocem.
Siccine fœlices celebrāt Calydonia ludos
Agmina & arcani circum infernalia regni
Numina deſpiciunt, Latijs ſere perfida belli
Crimina Diua uiris, rabiemq. infunde ſororum
Aemula Tiſiphone, ſtupeant Acherontis auari
Fune-

Funera parta duces, quod numquã aſpexerit orbis,
Ede nefas, proprioq. Italos accende veneno;
Dixit, at exiliens Phœbi lymphata repente
Afflatu infecit radios, motaq. tumentes
Excuſſit ceruice feras & in agmina fugit.
Iamq. caput lauro Parnaſſide cinctus Achiuos
Euritus in medios, quo non fœlicior alter
Tãgere plectra manu & procerũ memorare labo-
Aoniamq. chelyn læua, dextraq. ferarum (res,
Dentibus extenſam Lybiæ teſtudinis aurum
Mouerat; armipotens cuius dulcedine captus
Veſpaſioniades, quod vis pete munus & illud Titus.
Crede ait accipies, cædi petit ille Pelaſgis
Manibus Hebræom; rector ſtupet iſta Latinus,
Concutienſq. horrore comas, ingentia poſſent
Munera ſi repeti, ſolum hoc Argiue negarem;
Pœnituitq. audiſſe chelym, contra inclitus iris
Feruet Alexander, Solymæq. e mœnibus altis
Abnuit, ereptam Danais dare colla catenis.
Seruat Achaiadi Cæſar donum, atq. furentem
Comprimit Heſperium, Græciſq. accincta maniplis
Nequicquam æthereijs attollens lumina regnis,
Lumina, nam rigidis horrebant brachia vinclis,
Hoſtia Graiugenæ, properat moritura ſepulchrum
Læsbia, nec longè cernit ſibi ſacra parari,
Et ſalſas fruges, & circum tempora vittas
Accipit; at Danaus ſuccincta in veſte ſacerdos,
Infula cui canos ambit ſacrata capillos

# EXPVGNATÆ HYERVSALEM

## LIBER QVINTVS.

## ARGVMENTVM.

*Sternitur Aetolus, rapidiq. fugantur Achiui.*

*TVrbidus interea pelagiq; moderator auari,*
*Funeris haud æquo proſpectans lumine pompas,*
*Concuſſitq. comas, rupitque hanc pectore vocem.*
*Siccine fœlices celebrãt Calydonia ludos*
*Agmina & arcani circum infernalia regni*
*Numina deſpiciunt, Latijs ſere perfida belli*
*Crimina Diua uiris, rabiemq. infunde ſororum*
*Aemula Tiſiphone, ſtupeant Acherontis auari*

*Fune-*

Digitized by Google

*Funera parta duces, quod numquã aſpexerit orbis,*
*Ede nefas, proprioq. Italos accende veneno;*
*Dixit, at exiliens Phœbi lymphata repente*
*Afflatu infecit radios, motaq. tumentes*
*Excuſsit ceruice feras & in agmina fugit.*
*Iamq. caput lauro Parnaſſide cinctus Achiuos*
*Euritus in medios, quo non fœlicior alter*
*Tãgere plectra manu & procerũ memorare labo-*
*Oniamq. chelyn læua, dextraq. ferarum (res,*
*Dentibus extenſam Lybiæ teſtudinis aurum*
*Mouerat; armipotens cuius dulcedine captus*
*Veſpaſioniades, quod vis pete munus & illud* Titus.
*Crede ait accipies, cædi petit ille Pelaſgis*
*Manibus Hebræom; rector ſtupet iſta Latinus,*
*Concutienſq. horrore comas, ingentia poſſent*
*Munera ſi repeti, ſolum hoc Argiue negarem;*
*Pœnituitq. audiſse chelym, contra inclitus iris*
*Feruet Alexander, Solymæq; è mœnibus altis*
*Abnuit, ereptam Danais dare colla catenis.*
*Seruat Achaiadi Cæſar donum, atq; furentem*
*Comprimit Heſperium, Græciſq; accincta maniplis*
*Nequicquam æthereijs attollens lumina regnis,*
*Lumina, nam rigidis horrebant brachia vinclis,*
*Hoſtia Graiugenæ, properat moritura ſepulchrum*
*Læsbia, nec longè cernit ſibi ſacra parari,*
*Et ſalſas fruges, & circum tempora vittas*
*Accipit; at Danaus ſuccincta in veſte ſacerdos,*
*Infula cui canos ambit ſacrata capillos*

H Fronde

Digitized by Google

*Frõde tegit tumulum, et paterã gerit atq. ſecurim:*
*Suſcitat inde focos, ac vina liquentia fundens,*
*Tartareos vocat ore Duces, dum thuribus halãt,*
*Et mirrham infernis redolent altaria monſtris.*
*Non tulit hanc speciẽ, ſed caſſide flauus ahena*
Alexander *Tempus eques vtrumq. premit totumq. per aruũ*
*Ardet, vt erepto Tigris Carcheſia partu*
*Præcipitat, motuq. pedum tremit excita tellus,*
*Nec retinent fontes, vndoſaq. flumina tranſit,*
*Donec in exigui veniens veſtigia fœtus,*
*Turbida ſanguineum trãſuerberet vnguibus hoſtẽ.*
Tiſiphone. *Vt verùm Regina minor Phlegetontis auari,*
*Princip.s ardenti concuſſit pectora taxo,*
*Vt fera Cerberei primùm Romana veneni*
*Agmina turbauit ſame, atq. infuſit Auernum.*
*Non ita præpetibus tranſacto margine lymphis*
*Nilus in Oceanum pèr inhoſpita rura ſonantem*
*Exit, vt educto medijs illabitur armis*
*Enſe ferox iuuenis, tollentiſq. ora bipennem,*
*Ora ſacerdotis, correpto altaribus igne*
*Percutit, & ſacros deformat ſtipite vultus,*
*Inde calens ira, Clonijq. in corde fugacis*
*Inguine Teurilochi, Phrygijq. in pectore Cadmi*
*Traiciens ferrum pallentia membra relinquit.*
*Iamq. Teoptolemum per odora volantibus haſtis*
*Culmina, & Iliacæ ſyluis viridantibus Idæ,*
*Ante niſi in capreis, ceruiſq. pauentibus vſum,*
*Et nunc multa graui torquente ſpicula cornu,*

Enſe

Digitized by Google

*Enſe premit, capuloq. tenus præcordia figens,*
*Tranſigit inducto labentia tergora ferro.*
*Fulmineam poſito fundam Nermenius arcu*
*Se ſuper intorquens, plumbum glomerabat habenæ*
*Cum fugit Argolico Tyrrhenum in pectore telum,*
*Et iuuenem multis moriturum extendit arenis.*
*Hinc graue fulminea præfixum cuſpide robur*
*Dirigit, & clypeum Belphangis, & ærea colli*
*Lamina conſpiciens, librato tranſigit ictu.*
*Ille manu iactum nequicquam educere ferrum*
*Nititur, horrendàq. occludens lumina nocte,*
*Dum quatit hoſtiles acclini pectore glebas*
*Corruit ad terram, et ſonitum ſuper arma dederūt.*
*Nec prope confidens concurrere Cyndarus hoſti,*
*Clam cautè intorſit iaculum, cui miſſilis ornus*
*Cuſpis erat ſed torua pedem fruſtrata Dymantis*
*Verberat haſta tremens quatit ille cruentus arenā*
*Horrendùm ſtridens, pallentiq. ore recumbit.*
*Nam grauis oppoſitam lapſu ſuper incubat haſtā*
*Membraq. ſanguineis feruent immania guttis.*
*Aſt ibi Cyndarios dextra conuerſus in armos*
*Exigit Eutrides media inter tempora ferrum,*
*Et primùm auriferos crocea lanugine malas,*
*Indebitum nigro perhibens caput enſe Barathro,*
*Diuidit, vnde atrum dura vomit ille cruorem,*
*Fuſus humo, ſectæq. genæ ſtant partibus æquis*
*Colla ſuper, turpeſq. humero ex utroq. recumbunt.*
*Inde Erymanthæo triplices fatalia Parcæ*



Digitized by Google

Fila ſecant Linco, nam ſæuæ in pectora miles
Cuſpidis arboream capulo tenus exigit ornum.
Et roſeam Tyrio clamidem quàm neuerat oſtro
Arcas. Mænalis orba parens, fumanti ſanguine complet.
Corruit extremùm infœlix, & vita ſub vmbras
Tartaream ſubit icta domum, atq. eiecta remugit.
Mox toruum obnixo feruens Lycaonta lacerto
Percutit, & rigida pectus tranſuerberat orno,
Languidus ille ingens ablata cuſpide truncum
Detrahit; at medio ferrum pulmone relictum
Obruit effuſo præcordia ſaguinis imbre.
Tu quoq ſanguineum medio celer Aeſacon, etſi
Præbueras iam terga fugæ telum ore tuliſti,
Namq retrò aſpiciens, lata inter tempora cornū
Accipis, infractoq. horreſcunt arma cerebro.
Aſt vbi præcipites reuocauit ab æquore currus
Vmbrarum Regina rotas, pelagoq tumenti
Cynthius extremos efflauit languidus ignes.
Ingentiq Thetis ſoluens temone iugales
Abluit Oceano, liquidiſq. accepit in vndis.
Non ſecus atq. volans, media Iouis armiger Ida
Vnguibus Iliacum rapuit ſublimis ephæbum.
Ducit Oronteam proſtrato examine natam
Iamq per aſtriferos cœli Dea candida campos
Vecta ſuper bigas celerat, genus omne ferarum
Somnus habet, tacitoq. gradu labentia ſerpunt
Sydera, & æquatis manſueſcunt æquora lymphis.
Atq iter emenſus iuuenis, viridantia Cyrci
Limi-

Limina deſtituit, langueſcunt ſanguine fuſo
Primores Danaum, voceſq Hebræa virorum
Mœnia percipiunt, horrendùmq. ærea Regis
Sanguine cuſpis hebet, circum caua tempora ſudor
Manat, & auricomi concreſcunt puluere crines.
Ille quoq ad Regem tranſacta cæde Latinum
Pergeret, & Rutulis ſeſe imperterritus armis
Oſtentaret ouans, ni tù præſignis Amazon
Conſilio dignata fores; ſate ſanguine Regum Laurinda
Noſcimus hoſtiles immiti Marte Quirinos
Te grauis horribili victurum cuſpide quercus,
Vtq. tibi æternum croceis adamanta capillis
Caſsidis, ardentes latè expirare fauillas
Cernere erit. Rutuli cedent rutila arma manipli;
Non ſecus ac Lybicum per inhoſpita regna leonem,
Si quando ſenſere feræ nec iam amplius audent
Præcipiti dare terga fugæ, iuxta illius ora
Deiecta ceruice ſilent, dominumq fatentur.
Verùm ita Tyrrheni Latyum bibet haſta cruorem,
Diraq. Orontei ſpectabunt agmina muri,
Etruſcas in bella manus, iactataq. noſtris
Cæſaris arma choris, paulum cede inclyte ſorti,
Nec tibi turpe putes, primoſq. extingue furores.
Quod cædis ſi tantus amor, tanta æſtuat ira,
Deſine Dardanios, abſenſq. erit agnita virtus,
Dũ Syrus Auſonias hoſtis premet enſe cateruas;
Dum ferus Amphicreon bigaſq. haſtamq. tremẽtẽ
Diriget in Rutulos, aruiſq. inſtabit apricis.



Digitized by Google

Dixit at humenti prolapſæ noctis in vmbra
Æquoris, Butrides greſſum inſtaurauit ad vndas:
Iamq. coloratos linquebat lucifer Indos,
Præpetibus ſublatus equis, Pyrooq. ſequenti
Sparſerat Aetherio rorantes nectare crines.
Luteaq. in roſeis fulgens. Aurora feneſtris,
Fuderat æternos fœcundo munere flores.
Cum prope lambentem terreſtria gramina riuum
Conſtitit armipotens, mirtiq. balantis ad vmbras
Lora reuinxit equi, clypeumq. ex ære rigentem
Exuit, & coryli fixit radicibus haſtam.
Lumina feſsa viri, & feſsos ſapor occupat artus,
Languidaq. irriguo concedunt corpora ſomno.
Donec inardenti medijs ſtetit orbibus axe
Vertice libratus Titan, vmbraſq. minores
Reddidit, & querulæ circum gemuere cycadæ:
Intereaq. cito Scythiæ prænuncia curſu
Luſtrarat iam fama domos, atq. ardua Titi
Facta canens, Tyrrheno implet dũ nomine turmas,
Termodoontiacis excibat Amazonas oris;
Vnde ibi peltatas virgo Otrinthæa ſorores
Liquerat & Syriæ campos, comitante, meabat,
Lampedo, aſſueta Regem inuaſura ſecuri.
Cum procul irriguos fontes, procul ecce ſuperbi
Regales vmbonis Apes proſpexit, & hoſtem
Grandia Lethæo mulcentem pectora ſomno.
Conſtitit, & gelidas muſcoſo in margine lymphas
Hauſit, odoratis donec ſe ſe exerat herbis

Ho-

Digitized by Google

Hoſtis Alexander, vultuſq. exuta decoros
Concepto ſudore lauat; ſic candida Naias
Cæruleos inter ludit pulcherrima fontes.
Iamq. propinquabat ſonipes Eous Etruſco
Cornipedi atq; auido tondens noua gramina morſu
Infrænis turbabat equum; quare excitus ille
Depulerat motis ingentia pectora plantis.
Cū prope ab herboſo ad ſonitū imperterritus aruo
Surgit eques, ſed prima fremens, ornumq. trementē
Lampedo attollens, magni contra ora Latini
Adſtitit, ille autem ſaltu fumantia torſit
Fræna manu, campoq. ingens effulſit aperto
Atq; vti ſylueſtris Lapitha, & virgata Niphatis
Panthera, obnixo rapidè, accendentibus iris
Pectore concurrunt; illis nemora alta reſultant,
Ingenteſq. iugi voluunt gelida antra fragores.
Sic vbi concurrunt gemini, ſtrepit humidus æther,
Datq. humus ingentē gemitū at confracta liquētes
Eutridi educens galeam volat haſta per auras
Virginis, ille vagos exuta caſſide vultus
Pandit, & Idalios latè expirauit amores.
Contra autem aduerſo iuuenis iactata lacerto,
Concidit in medium præſignis Amazona campū.
Iamq. in Alexandrū virgo Otrinthæa bipennem
Mouerat, ereptos compenſatura triumphos.
Cum prope flauentes Mirrhæum vertice odorem
Spirauere comæ, & facies rubicunda refulſit.
Nec mora multiplici radiantes ære cateruas

*Accelerare vident, noſcitq. interritus Hæros*
*Iam procul Inachidum vexilla Argiua Pelaſgũ.*
*Tercentum immites Aetola ex gente ruebant*
*In vnum lecti: iuuenes, trepidabile vulgus*
*Innumerum bello, tamen vt rutilantia magni*
*Stemmata proſpiciunt Clypei, & thoraca nitentem,*
*Excuſſi ceſſere retrò, ſic æthere ab alto*
*Regius Altitonans mortalia fulmine regna*
*Terret, & aſtriferis indicit ab orbibus arma.*
*Tu tamen extremum Admete ſubis vltima fati*
xāder *Exitia, educto ferues dum Menale ferro,*
*Nãq vbi magnanimus dextra leuat Italus enſem*
*Et clypeum, & pectus, loricamq ære rigentem*
*Tranſadigit, collapſa ruunt immania membra,*
*Et ſonitu excuſſus ſonipes fugit arma citatus.*
*Termodoontiacam dextra furialis Amazon*
*Interea quercum vibrat, totoq fugaces*
*Aggere cogit equos, paulatim aſt humida fontis*
*Limina deſtituit: Regemq amittit amicum.*
*Ille autem Argolicum Dorilam per inhoſpita ferri*
*Cuſpide teſqua ſubit, pedibus petit ille ſalutem,*
*Et mille incertos huc illuc implicat orbes.*
*Ac velut incluſum fluuio ſi forte volucrem*
*Ceruum, ac aduerſi ſeptum terrore tumultus*
*Mænalius nouit canis, & latratibus aruo*
*Præcipitem toto exegit, nunc humida curſu*
*Flumina deſtituit, notis nunc excitus agris*
*Centum hærens repetitq. vias, centumq. requirit*

*Ta-*

Digitized by Google

*Talis in Aetolum princeps Oenotrius hoſtem*
*Fulgurat, irrigui donec prope gurgitis oras*
*Dedignantem animam traiecto è corde fugauit.*
*Et iam tempus erat Solem quo vertice mundi*
*Euehit alta dies, Nemeæi inſigne leonis*
*Vellus vbi, & medio fulget Canis æſtifer orbe;*
*Iam procul occiderant, quæcumq. humentia cogũt*
*Nubila Atlantiades, nec ſe nimboſus Orion*
*Extulerat cælo, aut ponti uada ſalſa ciebat.*
*Cũ procul Heſperias torquet ſitis improba turmas*
*Et gelidi fugere lacus, ſquallentia limo*
*Flumina decreſcunt, vſtiſq. annoſa capillis,*
*Quæ modo defeſſis iuuit viridantibus vmbris*
*Aruit inſignis quercus, arſere cupreſſus,*
*Et pingues tiliæ, Phaetonteæq. ſorores.*
*Protinus elato feruens in margine fontis*
*Languet ouis, fluuioſq. petunt armenta fugatos.*
*Sic vbi muſcoſis gelidum caput abdidit antris*
*Nilus, & ignitis ardens humus horrida campis*
*Orat aquas, pelago ſeptem tepida ora profundo*
*Puluerulenta vacant, feruent ſine gurgite valles,*
*Et patris vndiſoni fluctus expectat ab imo*
*Terra calens, Pharijs donec vada cærula curſu*
*Portet agris, tenueſq. micent ſine flamine Soles.*
*Aruit infælix Cedron, qui cæde recenti*
*Creuerat (horrendùm viſu) ſolituſq. rapaci*
*Nocturnos hominum curſu interrumpere ſomnos,*
*Quærit egens Iordanis aquas; vſq. impiobus vrget*
*Ar-*

Digitized by Google

Ardor, vt innumeris tenebroſa in Tartara rimis
Lumen eat, Soliſq. atrum iubar intret Auernum.
Iam more decreſcit, Driadaſq. latere cauernis
Vrget in arcanis quàq. altum aſcenderat æquor,
Aſtra petunt ſcopuli: & tepidis ripa ardet arenis.
Antra colunt piſces, nec ſe ſuper æthera curuis
Erexere rotis Phocarumq. horrida fundo
Corpora feſſa iacent; & in aera faucibus eſlant.
Phœbus Atlãtæas numquam ſubit axe columnas,
Regiaq. Eoi numquam terit atria campi,
Quin circum ignitis accincta uaporibus orbi
Ora calens pandat, flagrant per inania flammis
Hinc illinc ſparſæ nubes, ceu fuſus ab alto
Mulciber aduerſis ferat atra incendia regnis.

Ergo nec horrificis galeas vectare comantes
Turba iubis, rigidaſq manu vibrare bipennes
Sufficiunt, nec tantùm ori, aut arentibus obſtat
Faucibus orta ſitis quantùm ſæuo improba morſu
Torquet anhela iecur, non gutturis imber in aruum
Candidus emanat, duris ſicca ora catenis
Frangit equus, rigidas ora exertantia linguas.

Omnia cclluſtrãt Rutuli; verùm æquora, et amnes
Solibus hauſta tepent, deſertaq. gurgite fumant.
Ceu Lybiæ tractus, Pharijq. ardentia regni
Luſtra petant, omniq. accenſam Sole Syenem.
Magna tamen virides tellus exuta capillos
Erigit ora polis, atq. hæc tandem ore profatur
Quid tua (ſi merui) cæleſtia fulgura ceſſant

Rectro

Digitized by Google

Rector ſumme Deum? liceat mihi fulminis alis,
Quandoequidem ſæui torquent me incendia Solis,
Obruere & mortem ingenti auctore leuare.
Quæ noua Sydereos Cæli Clymeneia proles
Ardet equis campos, iterumne rapacibus artus
Ignibus vſta gemã, & longũ inhabitata relinquar?
Siccine Apollineis ardere erepta fauillis
Aequora proſpiciam, Theutrantæumq. Caycum,
Penæumq ſenem, ſinuataq cornua Gangis,
Atq Indũ Euphratemq citum, valleſq. Erymãthi
Fumare, & duro cernam ſe findere fimo.
Hi ne mei fructus. grati hæc noua munera Cœli.
Quodq. homini meſſes, viridantia gramina beluis
Effundam, grauibuſq. ornem tot rura racemis?
Quod tibi in arboribus donem pia thura Sabæis,
At tandem anguipedes nimium in me impia natos
Vertice confringam patrio, atq in Tartara condã?
Quid iuuat in medijs curuam Thaumantida nimbis
Imponuiſſe poli, & percuſſi foederis arca
Iratas cohibere manus? Quando omnia latè
Mulciber, & diri rapiunt incendia Phoebi?
Vix ait hæc tellus neque enim tolerare calores
Sufficit ulterius, poſtremaque. murmure miſcet
Cum Deus Omnipotens Cœli de parte ſerena
Conſtitit aſpiciens, nemoroſa cacumina circum
Feruere, & ardentes Syluarum in uertice crines
Quare age concuſſa ſacrarum mole comarum
Inton; atingentemque. poli ſubit. arduus orbem

At-

Atque ibi Sydereos gelidis Aquilonibus axes
Exuit, & celeres inducto turbine nubes
Ire iubet, rapidaſq. repens Notus explicat alas:
Barba madet pluuijs, rorant humeriq. comæq.
Humida nimbiferis horreſcunt ora coronis,
Nubiferiſq rapit ſolem, cælum, ęthera pennis.
Diſcolor incuruo gelidam Thaumantias arcu
Concipit Iris aquam, pluuijſq. immiſit habenas;
Ac velut Ambracij vaſta inter Regna profundi,
Nauticus exurgens ferit aurea ſydera clamor,
Aduerſæq ſonant ingenti murmure ripæ,
Lucidus excelſa cum Leucade fulget Apollo.
Aut vbi flammiferi Titan ſubit aurea Cancri
Brachia ſi bibulis Cælo cadat imber arenis,
Vt gaudet fluuialis anas, ripaq. tepenti
Murmurat, et gelidas expectat ab æthere lymphas:
Turba ita concurrunt, Reges reuerentia Reges
Nulla docet, iunctiſq. Gyon armenta ſonantem
Curribus inuadunt proprijs, namq. omnibus antris
Exierat rapida flumen glaciale procella.
Corpora lympha replet, ſiccas tamen arida fauces
Verberat igne ſitis, medijs hos lubrica fallunt
Saxa vadis, modò putre ſolum atq ignita fauillis
Terra viget iamq ipſe ſuis è fontibus amnis
Detrahitur, completq vrnas, galeaſq comantes.
Non ita ſanguineum peritura in mœnia Martē
Decertare putes, miſeramq. furentibus armis
Corruere, & flammis aboleri ingentibus vrbem.

Solus

Digitized by Google

*Solus Oronteos latè rigat imber iniquos*
*Sanguinis, & cælo ſordens effunditur altò*
*Abdita gemmiferi noctu penetralia templi*
*Lumina purpurei lucem ſimulata diei*
*Luſtrarant, ipſiq. nefas memorabile tecto.*
*Edidit in medijs bosfæta altaribus agnum.*
*Pallenti ardebant auro qui in limine poſtes*
*Interiore domus, nec bis duodena valebant*
*Inſiſtens latis humeris reſerare virorum*
*Turba tamen celeres vbi nox obſcura iugales*
*Duceret, ex templo valuis patuere recluſis;*
*Dumq. Dei laudes celebrant, uox horrida turmæ*
*Hinc migremus ait; nigrum per inane feruntur*
*Bellantum ſcutatæ acies, & nubila tranant.*
*Mille cruentatas immania monſtra per arces*
*Mille fremunt, ipſumq. putes certare Tonantem*
*Ignibus, & turres conf.gere turribus altas.*
*At iam pulſa ſitis repletaq. fluminis vndis*
*Turba relinquebat fontes, fluuiumq. minorem;*
*Cum pede Dardanius ſonipes rapit arua citato,*
*Dentibus æra premens, Oenotriaq. ora furores*
*Impleuere minis, hauſto ceu gurgite bellum*
*Hauſiſſent raperetq. acies, animoſq. Gradiuus;*
*Compoſiti in cuneos iterum, & ſub lege manipli,*
*Ordinibus coeuat proprijs. Martemq. iubentur*
*Noſce pati, rediere animi, procul excita tellus*
*Mugit, & emittunt iaculorum incendia, ſyluæ.*
*Sic vada tranſmittit celeri ſinuata volatu,*
*Magna, papyriferi decedens gurgite Nili*

Turba gruum, cum ceſſit hyems, et murmare rauco
Umbra mari ſyluiſq meat, ſtrepit humidus æther,
Inſcriptumq patet vario curuamine cœlum.
Et vaga iam roſeos vxor Tithonia vultus
Coniugis, optatis quondam, exoluta lacertis
Extulerat, vetitaſq. ſibi celerare ſub vndas,
Sydera proſpiciens cuſtos Erymanthidos vrſæ,
Stabat, vbi Oceani Solis rubet igne futuro
Littus, & elato nemorum iuga lumine fulgent:
Iamq. ibi poſtremos efflarat Lucifer ignes,
Et rapidi impulſus radijs Hyperionis axem
Conderat Eois idem rediturus ab vndis.
Cum tuba terrifico fregit procul æthera cantu
Agminaq. Argolicis frater Calydonia Regis
Euocat, & clypeis ſeſe adiunxere phalanges
In Solymos, verùm ille ſudes, & turbinis atri
Diſcutit æratas ærata caſſide glandes.
Nullaq. iacta volat murorum ad culmina, quanon
Transfigat haſta virum, Solymoq. inimica triũphet:
Hinc neq confixum calamo, & lethalibus armis,
Alcimedonta putant geminas quin corde ſub vno
Intrepidas Græcorum animas bellare tremiſcunt:
Ille autem aduerſi cernens faſtigia muri
Fulgurat, atq premens quercũ Marathonida plãtis
Magnanimum ſibi portat iter, Phœboq. nitenti
Emicat accenſis multùm radioſus in armis.
Ac velut horribiles terræ omnipotentis alumnos
Cum procul indomiti terrore impulſa Typhœi

Ag-

Digitized by Google

*Agmina Cælicolum fugerent, atq. vltima Nili*
*Teſqua, et ad ignotum properarẽt fluminis antrũ,*
*Regius altitonans olim proſpexit Olympum*
*Creſcere in aduerſum, patrijſq. è vallibus Idam*
*Vellere, & Idæos humeris decurrere fontes.*
*Sic pauidi aſpiciunt hoſtes; Balearica plumbum*
*Fũda rotat; rapida arma ruũt, tremit ictibus agger.*
*Intrepidus tamen ille ſolo vt veſtigia firmans,*
*Fulgurat aerio peritura in moenia partu,*
*Quæ ſimul vt tenuit, vaſtaq. immanis ab arce*
*Fulſit, & horrenda Solymam deterruit vmbra:*
*Percutit attonitos, tabulataq celſa ſecuri*
*Deſtruit atq ſuis impugnat molibus hoſtes.*
*Nullius ora mouent; ferro obſiſtentibus idem*
*Supplicibuſq fremens animum mucrone reſoluit.*
*Ac velut Hyrcanum ſtabula inter inertia pardũ,*
*Si clauſum nouere Scythæ magna illius ante*
*Ora ſinunt ouiumq greges, hyrcoſq. procaces.*
*Sic vbi lux oculis noua fulſit & arma Pelaſgi*
*In muris arſere viri, peritura relinquunt*
*Mœnia turbati proceres, altumq remugit*
*Fletibus aſſiduis, magnoq vrbs icta tumultu.*
*Vnus Ituræo iaculum tamen vnus Ethemon*
*Intorquet cornu Regemq inuadit Achiuum.*
*Horrendùm ſtridens gelidas deuerberat auras*
*Haſta tremens, clypeoq viri depulſa quieſcit.*
*Græcus in hunc ornum Morili de gutture raptam*
*Dirigit armipotens, medijs quæ naribus hæſit.*



Digitized by Google

Dixit at humenti prolapſæ noctis in vmbra
Æquoris, Eutrides greſſum inſtaurauit ad vndas.
Iamq. coloratos linquebat lucifer Indos,
Præpetibus ſublatus equis, Pyrooq ſequenti
Sparſerat Aetherio rorantes nectare crines.
Luteaq. in roſeis fulgens. Aurora feneſtris,
Fuderat æternos fœcundo munere flores.
Cum prope lambentem terreſtria gramina riuum
Conſtitit armipotens, mirtiq. balantis ad vmbras
Lora reuinxit equi, clypeumq. ex ære rigentem
Exuit, & coryli fixit radicibus haſtam.
Lumina feſſa viri, & feſſos ſapor occupat artus,
Languidaq irriguo concedunt corpora ſomno.
Donec inardenti medijs ſtetit orbibus axe
Vertice libratus Titan, vmbraſq, minores
Reddidit, & querulæ circum gemuere cycadæ:
Intereaq. cito Scythiæ prænuncia curſu
Luſtrarat iam fama domos, atq ardua Titi
Facta canens, Tyrrheno implet dũ nomine turmas,
Termodoontiacis excibat Amazonas oris;
Vnde ibi peltatas virgo Otrinthæa ſorores
Liquerat & Syriæ campos, comitante, meabat,
Lampedo, aſſueta Regem inuaſura ſecuri.
Cum procul irriguos fontes procul ecce ſuperbi
Regales vmbonis Apes proſpexit, & hoſtem
Grandia Lethæo mulcentem pectora ſomno.
Conſtitit, & gelidas muſcoſo in margine lymphas
Hauſit, odoratis donec ſe ſe exerat herbis

Ho-

Hoſtis Alexander, vultuſq. exuta decoros
Concepto ſudore lauat; ſic candida Naias
Cæruleos inter ludit pulcherrima fontes.
Iamq. propinquabat ſonipes Eous Etruſco
Cornipedi atq; auido tondens noua gromina morſu
Infrænis turbabat equum quare excitus ille
Depulerat motis ingentia pectora plantis.
Cũ prope ab herboſo ad ſonitũ imperterritus arua
Surgit eques, ſed prima fremens, ornumq. trementẽ
Lampedo attollens, magni contra ora Latini
Adſtitit, ille autem ſaltu fumantia torſit
Fræna manu, campoq. ingens effulſit aperto
Atq; vti ſylueſtris Lapitha, & virgata Niphatis
Panthera, obnixo rapidè, accendentibus iris
Pectore concurrunt; illis nemora alta reſultant,
Ingenteſq. iugi voluunt gelida antra fragores.
Sic vbi concurrunt gemini, ſtrepit humidus æther,
Datq. humus ingentẽ gemitũ at confracta liquẽtes
Eutridi educens galeam volat haſta per auras
Virginis, ille vagos exuta caſſide vultus
Pandit, & Idalios latè expirauit amores.
Contra autem aduerſo iuuenis iactata lacerto,
Concidit in medium præſignis Amazona campũ.
Iamq. in Alexandrũ virgo Otrinthæa bipennem
Mouerat, ereptos compenſatura triumphos.
Cum prope flauentes Mirrhæum vertice odorem
Spirauere comæ, & facies rubicunda refulſit.
Nec mora multiplici radiantes ære cateruas



Digitized by Google

Accelerare vident, noſcitq. interritus Hæros
Iam procul Inachidum vexilla Argiua Pelaſgũ
Tercentum immites Aetola ex gente ruebant
In vnum lecti: iuuenes, trepidabile vulgus
Innumerum bello, tamen vt rutilantia magni
Stemmata proſpiciunt Clypei, & thoraca nitentem,
Excuſsi ceſsere retrò, ſic æthere ab alto
Regius Altitonans mortalia fulmine regna
Terret, & aſtriferis indicit ab orbibus arma.
Tu tamen extremum Admete ſubis vltima fati
ſcāder Exitia, educto ferues dum Menale ferro,
Nāq vbi magnanimus dextra leuat Italus enſem
Et clypeum, & pectus, loricamq ære rigentem
Transadigit, collapſa ruunt immania membra,
Et ſonitu excuſsus ſonipes fugit arma citatus.
Termodoontiacam dextra furialis Amazon
Interea quercum vibrat, totoq fugaces
Aggere cogit equos, paulatim aſt humida fontis
Limina deſtituit: Regemq amittit amicum.
Ille autem Argolicum Dorilam per inhoſpita ferri
Cuſpide teſqua ſubit, pedibus petit ille ſalutem,
Et mille incertos huc illuc implicat orbes.
Ac velut incluſum fluuio ſi forte volucrem
Ceruum, ac aduerſi ſeptum terrore tumultus
Mænalius nouit canis, & latratibus aruo
Præcipitem toto exegit, nunc humida curſu
Flumina deſtituit, notis nunc excitus agris
Centum hærens repetitq. vias, centumq. requirit

Ta-

*Talis in Aetolum princeps Oenotrius hoſtem*
*Fulgurat, irrigui donec prope gurgitis oras*
*Dedignantem animam traiecto è corde fugauit.*
*Et iam tempus erat Solem quo vertice mundi*
*Euehit alta dies, Nemeai inſigne leonis*
*Vellus vbi, & medio fulget Canis æſtifer orbe;*
*Iam procul occiderant, quæcumq. humentia cogũt*
*Nubila Atlantiades, nec ſe nimboſus Orion*
*Extulerat cælo, aut ponti uada ſalſa ciebat.*
*Cũ procul Heſperias torquet ſitis improba turmas*
*Et gelidi fugere lacus, ſquallentia limo*
*Flumina decreſcunt, vſtiſq. annoſa capillis,*
*Quæ modo defeſſis inuit viridantibus vmbris*
*Aruit inſignis quercus, arſere cupreſſus,*
*Et pingues tiliæ, Phaetonteæq. ſorores.*
*Protinus elato feruens in margine fontis*
*Languet ouis, fluuioſq. petunt armenta fugatos.*
*Sic vbi muſcoſis gelidum caput abdidit antris*
*Nilus, & ignitis ardens humus horrida campis*
*Orat aquas, pelago ſeptem tepida ora profundo*
*Puluerulenta vacant, feruent ſine gurgite valles,*
*Et patris vndiſoni fluctus expectat ab imo*
*Terra calens, Pharijs donec vada cærula curſu*
*Portet agris, tenueſq. micent ſine flamine Soles.*
*Aruit infælix Cedron, qui cæde recenti*
*Creuerat (horrendùm viſu) ſolituſq. rapaci*
*Nocturnos hominum curſu interrumpere ſomnos,*
*Quærit egens Iordanis aquas; vſq. impiobus vrget*

*Ar-*

*Ardor, vt innumeris tenebroſa in Tartara rimis*
*Lumen eat, Soliſq. atrum iubar intret Auernum.*
*Iam more decreſcit, Driadaſq. latere cauernis*
*Vrget in arcanis quàq. altum aſcenderat æquor,*
*Aſtra petunt ſcopuli, & tepidis ripa ardet arenis.*
*Antra colunt piſces, nec ſe ſuper æthera curuis*
*Erexere rotis Phocarumq. horrida fundo*
*Corpora feſſa iacent, & in aera faucibus eſlant.*
*Phœbus Atlãtæas numquam ſubit axe columnas,*
*Regiaq. Eoi numquam terit atria campi,*
*Quin circum ignitis accincta uaporibus orbi*
*Ora calens pandat, flagrant per inania flammis*
*Hinc illinc ſparſæ nubes, ceu fuſus ab alto*
*Mulciber aduerſis ferat atra incendia regnis.*
*Ergo nec horrificis galeas vectare comantes*
*Turba tubis, rigidaſq manu vibrare bipennes*
*Sufficiunt, nec tantùm ori, aut arentibus obſtat*
*Faucibus orta ſitis quantùm ſæuo improba morſu*
*Torquet anhela iecur, non gutturis imber in aruum*
*Candidus emanat, duris ſicca ora catenis*
*Frangit equus, rigidas ora exertantia linguas.*
*Omnia celluſtrãt Rutuli; verùm æquora, et amnes*
*Solibus hauſta tepent, deſertaq. gurgite fumant.*
*Ceu Lybiæ tractus, Pharijq. ardentia regni*
*Luſtra petant, omniq. accenſam Sole Syenem.*
*Magna tamen virides tellus exuta capillos*
*Erigit ora polis, atq. hæc tandem ore profatur*
*Quid tua (ſi merui) cæleſtia fulgura ceſſant*

*Rectro*

Rector ſumme Deum? liceat mihi fulminis alis,
Quando equidem ſæui torquent me incendia Solis,
Obruere & mortem ingenti auctore leuare.
Quæ noua Sydereos Cœli Clymeneia proles
Ardet equis campos, iterumne rapacibus artus
Ignibus vſta gemã, & longũ inhabitata relinquar?
Siccine Apollineis ardere erepta fauillis
Aequora proſpiciam, Theutrantæumq. Caycum,
Penæumq ſenem, ſinuataq cornua Gangis,
Atq Indũ Euphratemq citum, valleſq. Erymãthi
Fumare, & duro cernam ſe findere fimo.
Hi ne mei fructus. grati hæc noua munera Cœli.
Quodq. homini meſſes, viridantia gramina beluis
Effundam, grauibuſq. ornem tot rura racemis?
Quod tibi in arboribus donem pia thura Sabæis,
At tandem anguipedes nimium in me impia natos
Vertice confringam patrio, atq in Tartara condã?
Quid iuuat in medijs curuam Thaumantida nimbis
Imponuiſſe poli, & percuſſi foederis arca
Iratas cohibere manus? Quando omnia latè
Mulciber, & diri rapiunt incendia Phoebi?
Vix ait hęc tellus neque enim tolerare calores
Sufficit ulterius, poſtremaque. murmure miſcet
Cum Deus Omnipotens Cœli de parte ſerena
Conſtitit aſpiciens, nemoroſa cacumina circum
Feruere, & ardentes Syluarum in uertice crines
Quare age concuſſa ſacrarum mole comarum
Intonat, atingentemque. poli ſubit. arduus orbem

Atque ibi Sydereos gelidis Aquilonibus axes
Exuit, & celeres inducto turbine nubes
Ire iubet, rapidaſq. repens Notus explicat alas:
Barba madet pluuijs, rorant humeriq. comæq.
Humida nimbiferis horreſcunt ora coronis,
Nubiferiſq rapit ſolem, cœlum ęthera pennis.
Diſcolor incuruo gelidam Thaumantias arcu
Concipit Iris aquam, pluuijſq. immiſit habenas;
Ac velut Ambracij vaſta inter Regna profundi,
Nauticus exurgens, ferit aurea ſydera clamor,
Aduerſæq ſonant ingenti murmure ripæ,
Lucidus excelſa cum Leucade fulget Apollo.
Aut vbi flammiferi Titan ſubit aurea Cancri
Brachia, ſi bibulis Cælo cadat imber arenis,
Vt gaudet flluuialis anas, ripaq. tepenti
Murmurat, et gelidas expectat ab æthere lymphas:
Turba ita concurrunt, Reges reuerentia Reges
Nulla docet, iunctiſq. Gyon armenta ſonantem
Curribus inuadunt proprijs, namq. omnibus antris
Exierat rapida flumen glaciale procella.
Corpora lympha replet, ſiccas tamen arida fauces
Verberat igne ſitis, medijs hos lubrica fallunt
Saxa vadis, modò putre ſolum atq ignita fauillis
Terra viget iamq ipſe ſuis è fontibus amnis
Detrahitur, completq vrnas, galeaſq comantes.
Non ita ſanguineum peritura in mœnia Martē
Decertare putes, miſeramq. furentibus armis
Corruere, & flammis aboleri ingentibus vrbem.

Solus

*Solus Oronteos latè rigat imber iniquos*
*Sanguinis, & cælo ſordens effunditur altò*
*Abdita gemmiferi noctu penetralia templi*
*Lumina purpurei lucem ſimulata diei*
*Luſtrarunt, ipſiq. nefas memorabile tecto,*
*Edidit in medijs bosfœta altaribus agnum.*
*Pallenti ardebant auro qui in limine poſtes*
*Interiore domus, nec bis duodena valebant*
*Inſiſtens latis humeris reſerare virorum*
*Turba tamen celeres vbi nox obſcura iugales*
*Duceret, ex templo valuis patuere recluſis;*
*Dumq. Dei laudes celebrant, vox horrida turmæ*
*Hinc migremus ait; nigrum per inane feruntur*
*Bellantum ſcutatæ acies, & nubila tranant.*
*Mille cruentatas immania monſtra per arces*
*Mille fremunt, ipſumq. putes certare Tonantem*
*Ignibus, & turres conſligere turribus altas.*
*At iam pulſa ſitis, repletaq. fluminis vndis*
*Turba relinquebat fontes, fluuiumq. minorem;*
*Cum pede Dardanius ſonipes rapit arua citato,*
*Dentibus æra premens, Oenotriaq. ora furores*
*Impleuere minis, hauſto ceu gurgite bellum*
*Hauſiſſent: raperetq. acies, animoſq. Gradiuus;*
*Compoſiti in cuneos iterum, & ſub lege manipli,*
*Ordinibus coeuat proprijs. Martemq. iubentur*
*Noſce pati, rediere animi, procul excita tellus*
*Mugit, & emittunt iaculorum incendia, ſyluæ.*
*Sic vada tranſmittit celeri ſinuata volatu,*
*Magna papyriferi decedens gurgite Nili*

Digitized by Google

*Agmina Cœlicolum fugerent, atq. vltima Nili*
*Teſqua, et ad ignotum properarēt fluminis antrū,*
*Regius altitonans olim proſpexit Olympum*
*Creſcere in aduerſum, patrijſq. è vallibus Idam*
*Vellere, & Idæos humeris decurrere fontes.*
*Sic pauidi aſpiciunt hoſtes; Balearica plumbum*
*Fūda rotat; rapida arma ruūt, tremit ictibus agger*
*Intrepidus tamen ille ſolo vt veſtigia firmans,*
*Fulgurat aerio peritura in mœnia partu,*
*Quæ ſimul vt tenuit, vaſtaq. immanis ab arce*
*Fulſit, & horrenda Solymam deterruit vmbra:*
*Percutit attonitos, tabulataq celſa ſecuri*
*Deſtruit atq ſuis impugnat molibus hoſtes.*
*Nullius ora mouent; ferro obſiſtentibus idem*
*Supplicibuſq fremens animum mucrone reſoluit.*
*Ac velut Hyrcanum ſtabula inter inertia pardū,*
*Si clauſum nouere Scythæ magna illius ante*
*Ora ſinunt ouiumq greges, hyrcoſq. procaces.*
*Sic vbi lux oculis noua fulſit & arma Pelaſgi*
*In muris arſere viri, peritura relinquunt*
*Mœnia turbati proceres, altumq remugit*
*Fletibus aſſiduis, magnoq vrbs icta tumultu.*
*Vnus Ituręo iaculum tamen vnus Ethemon*
*Intorquet cornu, Regemq. inuadit Achiuum.*
*Horrendùm ſtridens gelidas deuerberat auras*
*Haſta tremens, clypeoq. viri depulſa quieſcit.*
*Græcus in hunc ornum Morili de gutture raptam* Dorm:
*Dirigit armipotens, medijs quæ naribus hæſit,*

Ceruicemq ſecans vtrimq aſperſa cruore eſt;
Mox Herilum retro verſum, & fera tela petentem
Nullius dum cura necis, mucrone citati
In capite offendit iaculi; ſtupet ille receptam
Faucibus horrentiq. humectat ſanguine quercũ;
Formoſum non vultus Halym, non ſacra Creontem
Vitta, nec Oenitem crines iuuiſtis ephœbum
Pectora fixus Halys, pallentia tempora ferro
Oenites, gemit ora Creon, denteſq. reuulſos.
Te dederat Phœniſsa Tyros, te celſa Damaſci
Mœnia; poſtremum fruſtra expectabis Idume.
Ille Paleſtinis clamabat numina regnis,
Nulla ne fertis opem? vos ò quibus aurea centum
Ardua (Tartarei Manes) altaria pingui
Thure calẽt, vos arma uocant, tuq improbe Plutõ,
Eia age ſulphureis in me connitere Ditis
Ignibus an latè ſolum redimita catenis
Agmina conturbas, cacumq. interfremis arcem?
Dixerat; at diræ Alecto furialia formæ
Deſinit ora fremens, vultum aſſimulata Chorabi;
Et Protyn in Regem Aetolium, Calydoniaq arma,
Vrget Itureum, quo non fœlicior alter
Sanguineas vibrare manu, & glomerare ſagittas.
Et primum furata humeris horrenda pharetræ
Spiculaq & quercus rigidas, lethalibus implet
Choriton calamis. curuat Protys improbus arcum,
Horrendumq. rigens medio mortalis arundo
Pectore conſedit, vitamq. è corde fugauit.

Su-

Digitized by Google

*Sublimis ſtetit ille tamen, tardeq; timendus*
*Saucia ſanguineis illiſit pectora muris.*
*Eumenis ipſa manu crinales verticis hydras* Alecto
*Excutit irridens, & formidabile ſignum*
*Attollit Danais fumantem lampada turmis.*
*Atq; ea proſpiciens propiorq; admotus Emyrchā,*
*Arbiter imperij Aſſyriæ, Nabatheaq; regna*
*Atq; Arabas ſub lege preēms ſceptroq; coercēs,*
*Poſſe putat rapere arma viri, verum ille ſuperſtes*
*Vulnera, fulmineis animam frænabat in iris:*
*Vtque cruentatis inſtantem in pectora telis*
*Percipit Aſſyrium, furtim caua tempora ferro* Emyrch.
*Cædit, & extremum cœlo conuerſus anhelat.*
*Ille autē, ſuperes ne, Syris Tigris improba Graiū,*
*Tardiùs arcanas Herebi meritura paludes?*
*Iampete decedens mecum trucis atria Ditis,*
*Tartareaſque domos, illic quoque parta repoſcam*
*Crimina, & extinctas furtiua in nocte phalanges.*
*Dixit, & ad terram pallentia lumina voluens*
*Corruit, & proprijs hoſtem grauis incidit armis.*
*Ille premit gelido turrita cacumina vultu*
*Turbidus aſpectu, & ſpirant adhuc ora furorem.*
*Quantus in æquoreis Cyclops, caua littora ponti*
*Mole tegens conſiſtit aquis, pelagoque patenti*
*Aſpicit ineſt tantes Vcydi Galathea ruinas.*
*At nouus armigeros cāpo timor vrget Achiuos* Vide Ouid. lib. 13. Meram.
*Nec tamen armataſque acies, & iniqua furentū*
*Tela pauent; arſere oculis aſt omnibus igne*

Digitized by Google

*Lampadis infernæ tectumq; rigentibus hydris*
Caput Alecto. *Terruit attonitos caput Infernale maniplos.*
*Ecce theatrales iterum gens dira coronas*
*Arcis habet, iam tela cauis erepta pharetris*
*Abripiunt Phaetontis equos dum mœnibus altis*
*Fœmeneæq; horrent turmæ: atq; ignobile vulgus*
*Sic vbi paſtorem in medio compreſſit ouili*
*Dente fremens, & fuluus abit leo, cominus vrſi*
*Degeneres animis, alienæ ſordida lambunt*
*Vulnera virtutis, fœdantq; in ſanguine rictus.*
*Aut vti cum gelidus ſcopuloſa Ceraunia Nereus*
*Aſſiduis oppugnat aquas, iactatq; carinam.*
*Protinus aduerſis latè reuoluta procellis*
*Panditur, atq; modis aperit victricibus aluum.*
*Non ſecus vt verſo reſerantur cardine poſtes*
*Aufugiunt Argiuæ acies, premit agmina curru*
Hebræus. *Abrhamida & ferro iſequitur; ſed ſpumeus amnis*
*Vt petit Oceanum, collapſaq; robora pontis*
*Euehit, & ponti victor ſubuertit arenas*
Amphicreon. *Talis Orontiades portis ſe ſe extulit altis*
*Roboream vibrans quercum, galeamq; ſupernè*
*Hydra mouet iunctos ſeptem ceruice dracones.*
*Cœlius Auruntem, quatit Italus Acis Agyrtem*
*Ardonicũ Mneſtheus ferro, rigidumq; Medarsẽ,*
*Mox Mneſtheũ victor Drimas, Erymãthia Drimas*
*Per iuga ſetiferis auſus concurrere monſtris,*
*Et iaculis raucos terebrare volantibus Vrſos.*
*Venerat in Solymos Phrygia de gente virorum*



Digitized by Google

*Armiger Euganeus Patauiq; minacia Regum*
*Caſtra Phrygum medius, Mœlibæi fulgidus oſtri*
*Cyclade Theſſalicis ſaturata ardebat ahenis.*
*Vnde auidus belli, dum magnum ex indere nomē*
*Amphicreōtis amor, varios mouet inclytus orbes.*
*Atque agili confiſus equo poſt terga ſuperbi*
*Fudit Orontiadis neruo ſtridente ſagittam*
*Barbara Achemenio iaculatus ſpicula cornu.* Amphi creōtis
*Nec calamo fruſtrata manus, ſed perfida Gauri*
*Conſtitit ingenti cornus præfixa cerebro.*
*Ille autem Hebræi lachrymis commotus amici,*
*Multa manu rapida torquentem in pectora ſæuas*
*Sauromatum de more trabes violentior ictu*
*Percutit, & iaculi traſmittit acumine pectus,*
*Atque vti arundineis fluuij fugientis in oris*
*Dum celeres ſpatiantur aues, & florea rura*
*Humenteſq; locos poſito incoluere volatu,*
*Si grauis æthereas volucrum Regina per auras*
*Fulguret & curuo mortem gerat improba roſtro.*
*It volucri pennata phalanx pernicior Euro,*
*Præcipiti conuerſa fugæ, ſic frigidus vrget*
*Horror Achaiades, ſubito cum apparuit ingens*
*Amphicreon, ferro ille fremēs in caſtra Pelaſgū* Græcos.
*Feruet, & armatus clypeo, atq; ardentibus armis*
*Argolicas terret criſtata caſſide turmas.*
*Primus in occurſum galeato vertice Talcon*
*Occidit, icta manu frontem ſecat haſta ſuperbam,*
*Præcipitemq; aruis Danaum proſternit apricis.*



Digitized by Google

Epithe-- tũ ſylua Maratho nia quer cũ fera- ce. Rex .n. Germa niæ, & Belgis & Pannoni cis ẽt im perabat. Regem Grema- niæ.

*Impete decurrens Marathonia cuſpis eodem,*
*Tranſigit Antinoum, atq; inciſo popolite Buten,*
*Donec caſtra tenens magni Germanica Regis*
*Conſtitit, & geminas paribus ſortuna ſub armis*
*Iunxit iniqua manus, verum prior horrida Belgæ*
*Principis aduerſum clypei trabs exigit orbem,*
*Horrendũque infracta volans ſubit ætheris axem,*
*Et ſonitum montes circum, & iuga celſa reuoluũt.*
*Cõtra autẽ indomitus moriturũ extendit Amydnẽ*
*Amphicreon, capuloq; trucẽ tenus abdidit enſem*
*Pectore, & iniecto ſcindit præcordia ferro.*
*Quem primum vt gelida pictum pallore per herbas*
*Aſpexit, cecidiſſe ſoli, ſinit arduus axem*
*Et Regem intenſos concretum ſanguine crines*
*Præpetibus coniungit equis, Rutuloſque per hoſtes*
*Stridula in obiectis miſerum trahit orbita ſaxis.*
*Concurrunt fruſtra Heſperij, atque immania ſæuis*
*Pectora concutiunt iaculis, fruſtra omnis in vnũ*
*Dirigitur cuſpis, ſolam tot ſpicula mortem*
*Non explent; ſic ſæpe vagas elata per auras,*
*Intrepidè obnixos ingenti murmure quercus*
*Subſtinet icta notos, nequicquam vmbroſa vocata*
*Brachia decutiunt triſtes Aquilone procellæ:*
*Vnus ibi vndiſoni generoſus ad ora Truenti,*
*Biſenos aduerſa ferens in prælia flores*
*Cæruleos medium clypei volucremque Tonantis,*
*Deiecit ortus Abas telum immedicabile cornu.*
*Quem licet exhauſto ſuperat longæua ſenect.*

Sanguine, præſtantes metuendo in pectore vires
Non tamen elanguẽt, quinos rapit agmine partus
Secum in bella parens, ſtimuliſq; agitata paternis
Ignea ſanguineos meditantur corda labores.
Ille autem in medijs, Oenotria perculit arma
(Cernitis) impune emotis puer improbus haſtis
Vnde age luctandum, nec enim fera pectora vincet
Militis aſpectus, geminant diſcrimina laudes
Maxima, & ingentes horrentia bella tumultus.
Sic lea magnanimos, quibus horrida terga comãtes
Non dudum cinxere iubæ, generoſa Leones
Euehit ad prædam, atque hapribilibus inuehit armis.
Aut ita ſublimes ſuperi Iouis anxia natos
Portat auis, cælumque ſubit Phaetontia cernens
Lumina, vt exiguos exploret lampade fætus.
At chorus ecce ſenẽ ſequitur fremebundus Abãtẽ
Amphicreonta petens; eadem furor improbus idẽ
Arma ciet, paribuſque volant conatibus orni:
Pars auras quatit vna leues, pars caſſide fulget,
Et clypeum confuſa petens fruſtrata quieſcit.
Proximus elato verum temerarius Edon
Dũ quatit enſe Syrũ, pharetramq; abiecit, & arcũ,
Accipit Hebræum traiecto gutture ferrum;
Pallida terribili ſoluuntur frigore membra,
Vitaque per tenues fugitiua elabitur auras.
Contra autem horrendum geminato cornibus ictu
Tela ruunt, diriq; ſonus quatit æthera cornu.
Verum ibi Orontiades fremebunda tremẽtibus ora

Vnus filijs A antis. Amp creon

Ampl crea



Digitized by Google

*Quercubus obijciens, media inter tempora ferrū*
*Exigit hoſtis Hylæ, crepitantq; in acumine dentes.*
*Corruit infœlix letho & mucrone repando*
*Inciſa ex humero ceruix vtroque pependit.*
*Nec procul aſſiſtens collapſa cadauera Tarchon*
*Dum regit, hoſtilem medio miſer accipit enſem*
*Pectore, & obſcœno ſuſpiria ſanguine miſcens*
*Vltima, Tartareas Inferni ad labitur arces.*
*At pater aſſurgens illi, corpuſque per ingens*
*Lumina conuertens, ſubeuntem vt proſpicit hoſtē,*
*Et nece purpureum, diuulſo ingentibus aruis*
*Ora petit ſaxo, & liquidum ſubit æthera curſu*
*Accelerans, rapidoque ſilex ſtrepit icta rotatu.*
*Nec mora iactata nutans ſub pondere molis*
Amphi- *Feruet Orontiades, Hebræamque impete quercū*
creon. *Impulit effræni; nec ſi crudelia circum*
*Agmina concurrant ſolymæ, nō ſi omnis in vnum*
*Turba fremat lymphata ſyrum, cornuq; recurſū*
*Hoſtis Abas, verſaſq; vtero admirabitur ornos.*
*Romulidæ exurgunt gemitu, verùm excitus ictu*
*Languet eques, ſobeleſq; vna velox Agamēnon,*
*Intrepideuſque Pelops lethalia tela cruentant.*
*Iactat humi patrem conuerſo in pectora vultu,*
*Immixtoſque atro ructantem ſanguine dentes,*
*Vulnere Tenarias geminato eiecit ad umbras.*
*Sic quercus centum lapſis aſperrima luſtris,*
*Fulmine pulſa Iouis, funebrè ingentibus ardet*
*Ignibus, & virides rapiunt incendia crines.*

*Donec*

*Donec victa rogo poſtremum vmbrantia ponit*
*Brachia, fatalemque trahit conuulſa ruinam*
*Mors Agamēnonij ferrum inter viſcera cordis*
*Exigit, extremum Pelopis mucrone reuulſum*
*Cum galea aduerſis longè caput impulit aruis.*
*Vos quoq; magnanimi Solymæ occubuiſtis in aruis*
*Cadmus, & Alcithoes fœcundi gloria proles*
*Indiſcreta Capys, ſimiles tamen improba partu*
*Diſtinxit mors vna viros, tibi Cadme trementis*
*Auulſum ceruice furor caput exigit orni.*
*Te verum Alcithoe nixo Ducis haſta lacerto*
*Tranſabijt, tepidoq; impleuit ſanguine pectus.*
*At Tartaſſiacas cum primum eiecit ad oras,*
*Humidaque æternos pelago nox abdidit ignes,*
*Stellatis inuecta rotis, vmbraſque minores*
*Auxit, & ingenti fulſit Latonia cornu.*
*Cum Tethidis ſiluere domus interque Trionas*
*Frigidus aduertit currum temone Bootes.*
*Tigris vt Armeniæ paruarum in clade ferarum,*
*Ventris vbi exhauſto rabies expleta cruore*
*Deficit abſiliens, & victa mapalia linquit*
*Toruus Orontiades patrias remeauit ad arces.*
*At procul indomiti mœrens Hebræa tenebat* Amphi-creon.
*Caſtra viri, & grauibus turbabat ſomnia curis:* Lesbia.
*Cum ſubito aſſiſtunt, celereſq; ingentibus alis* Intellige
*Terrarum aſſiſtunt ingentia numina Reges,* Alexādri
*Illinc caſtus Honos, Amor hinc inimicus Honori.*
*Alter Apollinea redimitus tempora lauro,*



Digitized by Google

*Nutanteſque in terga comas, cui ferrea caſſis*
*Ante pedes, Tyrioq; effulgent murice veſtes.*
*Alterius fert dextra facem, ſonat aureus vna*
*Arcus, & ex humeris pendent funeſta decoris*
*Spiculaq; inſigniſque aurum ſublime pharetræ.*
*Occupat hanc primum, verbi incuſat amaris*
Hebræorum. *Caſtus Honos: tu ne Abrbamidũ ò regina virorũ*
*Hoſtiles ſtipata choros, tu ne ardua patris*
*Linquere tecta vales? veterũque verenda parentũ*
*Nomina, & ante actos maculis fœdare decores?*
Iudith. *Quo nunc, magna latet mentem, vt Betula virago*
*Icta (Oloferneis factum memorabile turmis)*
*Fregerit Aſſyrios vna ceruice maniplos.*
*Vtque oculis conuerſa polo Suſanna micanti,*
*Ferrea nam teretes arctabant vincula palmas,*
*Inſtanteſque hinc inde manus, lapidũq; procellas*
*Spreuerit, aſurgens dum circum ignara Deorum*
*Fraude ſenum ſilices Babilon ſtimulata pararet.*
*Aſpice nec longè repetam, mecum ardua Virtus*
*Auratis crinita comis, & cyclade fulgens*
*Muricis Oebalij cœlorum ingentibus aſtris*
*Pulchrior, & Solis non conceſſura decori,*
*Cum procul Eois ardet rediuiuus ab oris:*
*Cadida Virginitas mecum, cui tempora cultu*
*Cingit Erytrhæo viridis formoſa ſmaragdus.*
*Vitatoque ornata ſinu; mecum ora timentis*
*Caſta Pudicitiæ, diræ mecum æmula Mortis*
*Gloriaque, & niueis victoria concolor alis.*

*Con-*

Google

Cõtra amor, hæc ni verba fugis te pfidus, inquit,
Coget Honos tolerare malum, obiectare periclis
Pectora, & æternos miſeram exoptare labores.
Hoc lymphata necis Romana Lucretia ferrum
Pertulit, & toruo Regem aſpernata Latinum Tarquinium ſuperbum.
Lumine, Tartareas adijt fugitiua curules;
Dum tumuli famam, ventoſaque nomina buſto
Prætendit, tenuique animũ fuco improbus explet.
Hæc age ſac credas; fugit irremeabile tempus,
Nec naſci bis fata ſinunt, & fugit inuidus anni
Orbis, & extremi pariunt incommoda menſes.
Crede, oris ſi fidis ouans rubicunda decori,
Crede, cadunt violæ; collum redolentia curuant
Lilia, purpureas lethæa papauera terris
Impoſuere comas. pluuijſque oppreſſa grauantur:
Omnis amat tellus, ardentque armenta ferarum, Lauridæ, Amanes petis vtebantur.
Tigris amat, leo rugit amans; amat æquore ludens
Tet bis, amãt Phocæ, & regnis Delphines aquoſis
Laſciui aſſuetos pelagi inſectantur amores;
Eſſe tot in medijs crudelis amoribus expers
Flammarum, telique putas? ſonat improbus arcus
His medium & cornus tenuem fugat icta ſoporem.
Fulmineumque videns peltatæ virginis enſem
Lesbia, conceptos verſanti corde dolores,
Sic fatur. quam fauſta tuos fortuna ſecundat
Hebræis obnixa gradus. tu noctis in vmbris,
Dumque per aſtriferos axis rotat aureus orbes,
Comprimis arua libẽs nec te grauis vrget Honoris
Cura,

Digitized by Google

*Cura, cur heu, fortes ſors regno obnixa lacertos*
*Et mihi torua negat, cinctum caput ære nitenti*
*Nunc tollens, haſtamq; ferens clypeũq; rigentem,*
*Longè vbi Atlanteis immergitur Heſperus oris,*
*Vſque ad eritræas aduerſi gurgitis vndas,*
*Oris Alexandri ſequerer comitata decorem.*
Laurindæ. *Verùm ita Amazoniæ fulgentia virginis arma*
*Deſpiciam? nec molle caua trucis ægide pectus*
*Martis, & imbelli radiabunt lamina tergo?*
*Me me pondus Amor rigidi euectare metalli*
*Dirigat, obnixos cornu concurrere ceruos*
*Si docuit, fictæque regat ſub imagine formæ:*
*Nec me ea magnanimi Regis quã pontus, & omnis*
*Terra tremit ſtyxq; atra pauet vaga fama latebit.*
*Dixit. & ardenti lymphata Cupidinis æſtu,*
*Protinus arripiens galeam, & thoraca ſuperbum,*
*Opprimit ære comas, laterique accommodat enſẽ.*
*Atque vti proſpexit tacito cœleſtia paſſu*
*Sydera, & ignitis Phœben deſcendere bigis,*
*Eurimedonta vocat Rutuliſque elapſa, pererrat*
*Arua, & odorati conſiſtit acumine collis.*

FINIS LIBRI QVINTI.

Digitized by Google

# EXPVGNATÆ HYERVSALEM

## LIBER SEXTVS.

## ARGVMENTVM.

Virgo cadit, gens nigra fugit, quatit Italus arcem.

*MOrdaces hominum taciturna ſilentia curas*
*Mulcebant cœliq nitens ſoror æmula Solis,*
*Inſtabat bigis Phœbe argentata citatis,*
*Candidaque ætherijs defigens lumina regnis*
*Suſpiranſque, altumq; premens Syra corde dolorẽ*
*Rupibus hæc gelidis ſtudio referebat inani.*
*O nimium dilecta meis tentoria quondam*
*Luminibus, queis alta gemens de Turre Latinos*
*Dum procul aſpicerẽ, me me his concludite capis*

Sæpe gemens dixi, flammamq; extinguit vexis.
Vna ſuit veſtris pacem inuenire ſub armis
Iam pridem ſpes vna mihi, modò dirus amatis
Vrget amor, notiſq; fremens me expellit ab aruis.
At ne ita diſcedens vos primum, & Martia Romæ
Agmina deſtituam, perituraque secta parentis?
Siccine cum gemui, bello quieſcentibus armis
Quando erit, vt liceat Tyrrhenis oſcula labris
Iungere, & implicitis circumdare colla lacertis,
Aeolides rapuere ſonum per inania venti?
Certę ego Orontæi ſoboles miſeranda Tyranni
Quando aliter nequeo, dudum per tela, per hoſtes
Ferre modum lachrymis, patrios exoſa Penates,
Phœus Hic vbi purpureus curſu Gryneut anhelo,
Puluereum Oceani liquido lauat æquore currum,
Dum vagus ambroſio rorantes nectare crines
Heſperus vndis abdit radioſus ſonis,
Atque vbi puniceas aperit rubicunda feneſtras
Nuncia purpurei Terris Aurora diei,
Aequoris ignipedes tollunt vbi gurgite vaſto
Plauſtrum Solis equi verſantque è naribus ignes
Cœlicolum paſtu ſaturi, Tyrrhena requiram
Ora, & odoratos aurato vertice vultus.
Tu tamen interea Heſperiam imperterrite ſedem
Ibis, & ò miſeram Latijs me irate relinques?
Deuoret Inferni primum nigrantis hiatu,
Iactaq; tranſadiant toto Ioue fulmina pectus,
Quam ſine te Etruſcis ſpument vada ſalſa carinis.

Sic

*Sic ait illacbrymans formoſaque lumina Cælo*
*Conuertit, mulcetque feras, neque ſortis iniquæ*
*Inſidias adſtare nouas, noua bella tremiſcit.*
*Stabat in elati collis viridantibus oris,*
*Altaque nocturnis Latonia lucibus æra*
*Criſtatæ incuntiens galeæ rubicunda tenebat.*
*Vnde nitentque ocreæ, ſuffultumq; ægide pectus,*
*Ingenteſque iubæ; ſed conumq; inſculpta ſupernè*
*Fulget Ariſtei ſoboles reparata labore;*
*Vnde ibi Orontiades, noctu qui regna peragrans,* Apes.
*Hinc inde Abrbamidũ magna comitãte caterua* Amphicreon.
*Rapta trahens armenta boum, remeabat ad arces,* Hebræorum.
*Haud procul ærata præfixam cuſpide cornum*
*Vidit, & horrificas galeam eructare fauillas.*
*Vidit, & obnxio torquens haſtile lacerto,*
*Intonuitque minis, armorumque igne refulſit.*
*Atq; vti diſſiliens vbi fluminis vnda rapacis*
*Nereos æquoreas vaſti petit humida ſedes,*
*Si vaga forte vadum ſiccis tactura labellis,*
*Aut prope Trinacrios colles, aut Attica rura,*
*Aut circum Iliacas Idæi culminis oras,*
*Cerua petat, linguaq; amni ſitibunda propinquet.*
*Vix voces ſonuere canum, ingenteſque latratus,*
*Quod ſitis abſcedit, fontemq; agitata relinquit.*
*Sic celerat triſtique metu Syra pulſa rapacem*
*Vrget equum, penituſq; datis loca linquit habenis.* Lesbia.
*Lucus erat viridis cæca procul ilicis vmbra*
*Vmb[illegible] ramiſq; tegens viridantibus auras,*

Gea-

Digitized by Google

*Gramine muſcoſo liquidiſque vberrimus vndis.*
*Nec fugit hunc fugiens virgo, ſed pondera vinclis*
*Caſſi lis eiecit per eburnea colla ſolutis:*
*Ambroſias perfuſa comas, faciemque recenti*
*Obſcuram pallore ferens, verum improba quercus*
*Corripit, & croceos ligat obuia fronde capillos.*
*Nox erat, & gelidis ſyluæ tenebroſa ſub antris,*
*Cornigeræ auertens longum vaga lumina Phœbes*
*Teſqua relinquebat piceis adoperta tenebris;*
*Vnde trabem incuruis telum immedicabile neruis*
*Impulit Aphicreon, & pulſa phalarica cornu*
*Horrendum ſtridens, haud euitata ſiniſtro*
*Incubuit lateri, totoque in corde reſedit.*
*Et vaga iam croceas Aurora elata feneſtras*
*Tythoni arcanum linquens rubicunda cubile*
*Panderat, & gelidas Dyctinna intrauerat vndas;*
*Aethera per medium tenui dum ſydera cornu*
Lucifer. *Caſtor agit cœloque nitens iubar extulit alto.*
*Iamque pater lucis gemmata iugalibus horas*
*Fræna, adamanteaſque inferre iubebat habenas.*
*Illi autem ignitis obiecta repagula plantis*
*Pulſabant totaque comas ceruice mouentes,*
*Efflabant roſeos accenſis naribus ignes.*
*Cum ferus Amphicreō fraterno in pectore vulnus*
*Virginis horrenti conſperſum ſanguine cernit:*
*Atque vti nocturnum Phœbes ſine lumine Cælum*
*Fulget adhuc, niue tecta videt, videt alba furore*
*Ora necis, ceſſere roſæ, euanuere genarum*
*Oſtra,*

Oſtra, & odoratis corrallia roſcida labris.
Vnde ibi cœnoſo deformans puluere crines
Vnguibus ora ſecat, lachrymiſq; aſpergit amaris
Lesbia, voce ferens, qui te mihi caſus ademit?
Cara ſoror, dilecta ſoror, conuerte iacentes
In mea membra oculos, audiq; nouiſſima verba.
Illa autem ad gemitus conata attollere rurſus,
(Nõdũ etenim perfũcta) neci vaga lumina claudit,
Iunctaque ſemianimæ fundit ſuſpiria vitæ.
Heu tunc ille fremens, mea te manus inquit, & ira
Perdidit, agnoſcoque tuam mea crimina mortem,
O dolor, ò facinuſque meum, mea fonte perenni
Claudite poſtremos, mea claudite lumina Soles.
Figite me iaculi, ferro me abſumite ciues
Si qua manet pietas, aut tu dominator Olympi
Ignibus inuiſum caput hoc impelle triſulcis.
Sic ait, illachrymans, rutilumque exoſa cadentis
Lumina deſtituunt Solem, Sol[illegible]næq; phalanges
Semianimẽ, multoque gelu, atq; horrore rigentẽ,
Exanimemque Syram peritura in tecta reportant.
At non magnanimus per inhoſpita luſtra ferarũ
Deſtituenda Lygur Tyrrheni principis arma
Credidit, & Syriæ pelagi properabat ad vndas; Laurens.
Cum minor inferni frendens Regina Baratrhi Alecto?
Eutridis mentita iubas, clypeumque nitentem Alexãdri
Et triplices obiecit Apes, procul ærea caſſis Stẽma .n.
Fulgurat, irriguoque tepet maculata cruore, Alexãdri
Nec mora Gorgoneas formæ Infernalis echydnas tres erãt
Apes.

Deicit

Digitized by Google

*Deicit, & mitem ruris ſimulata colonum,*
*Vt iuuenem, turpes ſcrutantem ſanguine veſtes,*
*Aſpicit, ex templo fugiens velut icta timore*
*Deſilit, & gelidæ curſu ſubit ora cauernæ,*
*Quam primũ vt tenuit Laurens, rigidæq; minacem*
*Ceruici dextram imponit; Dea dira tremantes*
*Attollitque in aſtra manus, pulſatque reflexo*
*Arua genu, ambiguamq; petit ſibi munere vitam.*
*Ille autem, quis membra refert pallentia ferro*
*Cæſit ibi, & magnos detraxit caſſide vultus.*
*Talia ſed contra aßurgens oneroſa pharetris*
*Agmina ( Neptuni dum ſe rubicundus Eoo*
*Littore proferret Titan, & feſſa grauaret*
*Militis ora ſopor) clam ferro obnixa ſilentis*
*Eripuere caput; puris ſe immiſcuit auris*
*Hæc vbi dicta dedit, multoque horrore frementem*
*Terruit, & dira famæ exitiabilis vmbra.*
*Nec mora præcipiti frendens ſubit oſtia paſſu*
*Cautis eques, magnoque domos efferuere planctu*
*Audit, & educto quærit penetralia ferro.*
*At medium horrenda monſtrũ implacabile, forma*
*Obiecit ſeſe Heſperio, caput horrida deſert*
*Dextera Alexandri taboq; & ſanguine pictam*
*Cæſariem funeſta regit, roſeuſque cruenti*
*Oris humor vocem ſingultibus interrumpit.*
*Heu fuge Cæſareos faſces, fuge dira Latini*
*Imperia, & patrias repete imperterrite turmas.*
*Nuſquam tuta fides feßum oppreſſumq; ſopore*

*Proh dolor? Aeneadum diro me cuſpidis ictu*
*Tranſadigere manus, Stygiaſq; adegere cauernas.*
*Heu fuge. ſanguineis primū quā immania dextris*
*Agmina conueniant, teq; his celer eripe campis.*
*Vel quidquam ſi forte manet virtutis auitæ,*
*Tyrrhenaſq; manus verbo, ingentemq; ſororem* **Lauridū.**
*Vrge, nec Etruſcis Rutuli exultentur inultis:*
*Omnibus vmbra locis ferrū, atq; incendia Martis*
*Sæua miniſtrabo, Lygures ac enſe iuuabo*
*Talibus infrendens, ſermonem abrumpit, & illum*
*Aethere dilabens antro Dea dira relinquit.*
*Ille autem æquoreas greſſum inſtaurauit ad vndas,*
*Ferret vt Auſoniјs inimica incendia tranſtris,*
*Iamque peragratis Iudeæ finibus Hæros*
*Viderat vndanti motu admiratus aquarum*
*Littora Iordanis, tenuiq; reuinctus ab alga*
*Hic caput irriguis antiquum erexerat vndis*
*Mollis aquis, verſaque ſenex ſpectabilis vrna.*
*Arnus erat; cum fonte choris comitata ſororum*
*Candida Lyriope Tyrrhenum enixa ſonoro*
*Exilijt, vultuſque Lygur proſpexit amicos,*
*Illa per arcanas terrarum emiſſa latebras*
*Cum Patre, Iordano veniebat ab hoſpita menſis*
*Læta, & Achemenios ſpirabat vertice odores.*
*Tū Lyguri, ô intrepide abramidū fera regna perrās*
*Haud paruum moliris opus, magni ardua ponti*
*Antra petens. puppeſq; parans abolere Latinas*
*Viuit Alexander, viuit, viridemque iuuentam,*

*Impubeſque annos Cœlum ad maiora reſeruat.*
*Te fera Tartarei deluſit imagine Regni*
*Obnixa Auſonijs virgo ſata nocte maniplis.*
*Tempus erit, Solymas ferrata cuſpide portas*
*Quo puer euertet, Tuſcos, ſobolemque nepotum*
*Fortibus accendens facta ad ingentia factis:*
*Tempus erit, venietque annis abeuntibus ætas*
*Qua triplici ingentes ingenti vmbone corona*
*Tergeminæ cingentur Apes, Rutuliſque nitibunt.*
*Atque vti pennatas media Iouis armiger æthra*
*Territat immanis roſtro, rapidoque volatu*
*Increpat adſtantes per inania regna cateruas.*
Subſtantium. *Taliter aduerſo æternum inſigne maniplos*
*Thriciumque Ducem, & Mauros agitabit iniquos*
*At tibi fluctiſoni liceat modo fluminis antrum*
*Stagnanteſque videre domos, fas limina Diuum,*
*Tangere ait, medioſque iubet diſcedere fontes*
*Qua greſſus inferret eques, procul humida circũ*
*Heſperiũ ſtetit vnda Ducem, atq; in curua recepit.*
*Ille domum mirans, regniſque inamœna profundi*
*Antra, per arcanæ vaſtos telluris hiatus*
*Ingreditur; fonteſque videt, fluuioſque rapaces*
*Diuerſo properare gradu gelidumque Lycormã,*
*Idæi Symoenta iugi, rapidumque Caycum,*
*Et Tygrim & Gangẽ gelidiq; fluenta Niphatis,*
*Et celeres vndas pontem indignantis Araxis.*
Nilus. *Nec vagus Aegypti liquidum caput abdidit illic*
*Amnis, vt irriguo properet vada turbida paſſu*

Per

*Per centum aſſuetas ſinuanti gurgite fauces.*
*Proximus auriferis vbi proſilit Hermus arenis,*
*Pactoluſque tumens, & qua Niſæus Hydaſpes*
*Antra patent, fuluoq; nitent radioſa metallo.*
*Aſt vbi in exeſo pendentia fornice tecta,*
*Secretaſq; domos Driadum, ſe ſe intulit Hæros*
*Aſpicit ardentem terræ in penetrabilibus illic*
*Iaſpida, & iguitas ſpirantem adamanta fauillas.*
*Protinus irriguos Nymphæ dant ordine fontes,*
*Atque adolere focos, multoque Halantia flore*
*Strata premi, dulceſque cibos, epulaſque reponi*
*Arnus ouans ante ora iubet, laquearibus aureis.*
*Fulgentes lychni pendent, ſtrepituque ſororum*
*Murmurat icta domus, quarum pars aurea ponit*
*Pocula, fœcundas ſternit pars altera menſas.*
*At vaga Lyriope mitis ſpumantia Bacchi*
*Dona Ioui libemus ait precibuſque ſequamur*
*Vndarumque patrem Oceanum, facileſq; Napæas.*
*Dixit & Eois halantes thuribus aras*
*Nectare odorato ſparſit. quare ardua fumant*
*Tecta, & Achemenios ſudãt fruſta ignea ſuccos.*
*Vt verum compreſſa fames, epulæq; remotæ,*
*Regis ait Tyrrhena parens: vbi pectora magno.*
*Et vaſtos laterum tractus fluctu abdidit, auſus*
*Pangæa Iliacis imponere ſaxa ruinis,*
*Turbidus Aegeon, expirauitque Tonantis*
*Fulgur, & Oceano late comitata peremptum,*
*Signarunt liquidos vltricia fulmina campos:*

Mater Alexãdri Vnus Gigantũ à Ioue fulmine pcuſſus atq; in Aegeo: reuin etas.



Digitized by Google

*Candida conſurgit Delos, & inanibus æquor*
*Armatũ hãc ſcopulis fluctu circũambit, & vrget.*
*Hãc igitur celerare pares, hæcque auribus hauſi,*
*Hic tibi magnarum ante oculos rabida ora ferarũ*
*Se ſe vltro obÿcient, cum primum oracula Solis*
*Viſere contendes, namq; hic vagus vrget Apollo*
*Corda Parethonÿ vatis, cui celſa laborant*
*Sydera clamanti, & regnum bipatentis Olympi,*
*Qui fluuÿs indurat aquas, qui Tartara nouit,*
*Nocturnoſq; ciere Duces, omnemq; profundæ*
Plutonẽ. *Iunonis thalamũ, & Regem exturbare ſeuerum.*
*Atque ibi cum medium Cœli premit altior orbem*
*Phœbus, & intonſis vmbra eſt gratiſſima ſyluis,*
Philome la auis. *Flebilis æſtiuos Aedon cum voce calores*
*Temperat, & querulis reſonant arbuſta cicadis;*
*Hic erit hic vinclis capiendus, vt hoſpita nati*
*Vt tibi tecta canat, precibus namq; vlla ſuperbus*
*Tyrrheni documenta dabit, contende catenis.*
*Ipſa per emotas vaſti te gurgitis vndas,*
*Cum noua purpureos Aurora effuderit ortus,*
*Vatis ad antra feram, gelidaq; in rupe recondam,*
Alexãdri *Regis auus tecũ Arnus erit, tecũ humida regna,*
*Aſſuetumq; larem, & notas veniemus ad vndas.*
*Aſt vbi compreſſum vinclis, ferroq; tenebis:*
*Aut mare marmoreum curſu ſinuatus adibit,*
*Aut ingens petet aſtra rogus, luditq; catenas,*
*Se mille in facies vertens virgataq; fiet*
Elephas. *Tigris, & impexis campo lea crinibus ibit,*

*Nunc*

*Nunc Lybiæ mõſtrũ ardẽtis, modo turbida Tauri*
*Panthera, horrentique attollens tergore ſetas*
*Vrſus erit, totoq; erectus abibit in aruo:*
*Tu verum violenta fremens ea vincula victo*
*Ingemines, feſſo donec tibi corpore cedens*
*Talis erit, qualem, dum ſe ſe effũderet antro,*
*Videris incepto claudentem lumina ſomno.*
*Dixit, & exiliens thalamis vndantia pino*
*( Poſtera vbi Eoas pandens Aurora feneſtras*
*Purpureis crinita roſis, rubicunda refulſit )*
*Regna petit, puppiſq; agili ſecat æquora niſu.*
*Et iam Memnonides libratus vertice campos*
*Liquerat aſſurgens, medioq; intonſus in orbe*
*Phœbus erat, fonteſq; caui, fluuijque rapaces,*
*Fluctibus erepti, ſub Apollinis axe tepebant,*
*Cum ferus antra ſenex tenui viridantia muſco*
*Intrauit, poſitiſque hæſit ſub fornice curis.*
*Lucus erat plantis, æternumque inuia Phœbo*
*Sylua virens, confuſa comis, ſub tegmina quarum*
*Humida regna tacent, circumq; hæc plurima curſu*
*Limina mæandro duplici leuis vnda cadebat.*
*Ergo ibi bellipotens occludere lumina miles*
*Paſſus, & irriguæ vatem indulgere quieti*
*Vix, ruit horrendum clamans, vincliſq; pauentem*
*Comprimit, ille fremẽs, & notæ haud inſcius artis,*
*Mille trahit varias mutatus imagine formas.*
*Fit lupus, immaniſq; leo, maculataq; Tygris,*
*Gorgoneus Python, & ſpiris radiantibus anguis.*

Saxoſumq; ſonans flumen, fulmenque Tonantis ;
Verum vbi defenſus, nec iã amplius vlla ſuperſũt .
Corporis arma viro, proprio hæc tãdẽ excipit ore.
Nam quis te procerum longè imperterrite noſtro
Iuſſit obeſſe lari, & numen temerare verendũ ?
Ille autem incuſſo verſans ſuſpiria corde ,
Scis vates, ſcis, multa Syon , quæ incendia Martis
Sæua premant, quæ bella feram: præcepta Deorũ
Alexandri. Lygur. Proſequor Etruſci quæſitum oracula Regis.
Hæc tantum Heſperius. verum illi pectus anhelũ,
Et rabie fera corda tument , vi denique multa
Talibus, infrendens dudum rabida ora reſoluit,
Vt primum Oenotrijs, Danaumq; abſcedere caſtris
Tyrrhenum Romana Ducem tremefacta iuuentus
Vidit, & ingenti fremuerunt arma Theatro ;
Ille coruſcantes armorum horrore cateruas ,
Argolidumq; manus, Calidoniaq; ora virorum
Fluminis irriguas ſtrauit fluitantis ad vndas ,
Fluuius eſt Phericiæ. Inde ſequens Dorylam ripas ad Orontis aquoſas
Adſtitit, & frontem galea, atq; vmbone ſiniſtram
Nudauit medijs aruorum effuſus in herbis .
Ecce autem adſtantes miſceri murmure lymphas
Senſit, & eductis per eburnea colla capillis
Vidit Amadriadem fluuij celerantis ab alueo
Surgere, & albentes nudam oſtentare lacertos:
Non puer Eois aliter Ioue natus ab vndis
Exilit, & crines interfluit aura decoros .
Nec ſecus abſiliens fluctu rubicunda ſonoro;

Dum

by Google

*Dũ pelagi adſtarẽt reliquæ ad cunabula Nymphæ.*
*Ambroſias reſoluta comas Cytherea refulſit.*
*Nec mora ludentes Gluacarũ ad plectra choreas*
*Excipiens, vt ſæpe vagas concentibus auras,*
*Ad Phaetonteæ ſtagnantia regna Paduſæ,*
*Percutit albus olor, quercus & ſaxa mouere,*
*Et ſyluas mulcere ſolet, ſic candida Naias*
*Carmine fontis aquas, & flumina longa moratur.*
*Iamque ſoporiferæ cedebant membra quieti*
*Feſſa, Ducis cum frontis ebur recubãtis, & oſtrũ*
*Nympha videt, vultuq; calens immota decoro*
*Heret, vt irrigui quondam prope littora fontis*
*Adſtitit, egregiæ deceptus imagine formæ*
*Narciſſus conuexa replens vlulatibus antra,*
*Beotidumq; mouens animos plangore ferarum.*
*Mox ibi pallentes violas, atq; alba Hyacintis*
*Lilia iuncta legens, variaſq; ordita catenas*
*Membra viri, vincliſq; humeros rubicũda coercet,*
*Inde per Aegeos ad Oaxidis humida campos* Fluuius eſt in Inſula Creta.
*Antra venit, iunctiſq; Ducem ocultare puellis*
*Nititur, ignari quondam vt Lycomedis in aula*
*Armiger Aeacides virgo verecunda latebat.*
*Ne verum intrepidam reuoces ad prælia dextrã,*
*Hic tibi dirarum ante oculos rabida ora feraum*
*Se ſe vltro obijcient, Scyllæq; Hydræq; biformes,*
*Pythoneſq; atri, & ſphinges, rabidique Leones,*
*Vipereæque acies, tu contra audentior ito;*
*Namq; humili concuſſa metu, fugitiua quieſcent*



Digitized by Google

Vt tuus incurui franget ſonus æthera cornu.
Hæc vbi dicta: cauis acclini vertice lymphis
Mergitur, & nigræ circum attolluntur arenæ.
Nec mora magnanimos puppis Neptuno Aegeo
Arnũ Regis auũ & Lygurem vehit vncta ferocẽ.
At Deus interea Gabrielem ingentibus alis
Ire iubet, totoque choros accerſere cœlo,
Ille autem extemplo Boreã prælatus, & Auſtrũ,
Empyreos iubet ire Duces, vnde arduus ille
Agminaq; Italidum cernit, Phrygioſque nepotes.
Ergo vbi ſyderei tenuere palatia regni,
Celſior omnipotens, ſolioque innixus eburno,
Terrarum aſpiciens orbem, fluuioſque fugaces,
Aequoraq; & latos fontes, radiantia multis
Fulmina vibrauit flammis, vnde omnis Olympus,
Et procul alta metu ſiluerunt murmura venti;
At vaga cœleſtes vario Thaumantias arcu
Stat Regis complexa comas, ſedemque verendam
Quattuor inductis animalia maxima pennis
Ante ſedẽt, queis quot vaſto ſunt corpore plumæ,
Tot vigiles radiant oculi (admirabile dictu)
Ille autem, Infernas acies Phlegetontis auari,
Non mage Olympiacis bellum indixiſſe maniplis,
Horruit alta domus cum circum aurata ſuperni
Regna poli, & noſtris ſtreperet ſeges ærea tectis:
Cum rutilæ æterno Michael adamante refulgens
Caſſidis, Empyreos ad Martia bella maniplos
Duceret, & Stygias aciem eiectaret ad vndas;

*Vt modò Orontæas longum ſupereſſe phalanges*
*Indignata fremit, tardus quo nam vſque truentas*
*Exigor in pœnas? piguit glomerare per auras*
*Fulgura, & Aetnæos auferre incudibus ignes.*
*Nil ego ſulphureis quod aduram mœnia flammis?*
*Terrarumque globum delere voracibus vndis*
*Aequora paßus, agã? fructũ hũc ꝙ ab ĩpete turmas*
*Stagnantis ſaluarit aquæ, Pharaonidas axes*
*Amne tegẽs, mea dextra refert, quod opaca ſupnã*
*Præbuerit per regna dapẽ, & Phlegetontiis aduſti*
*Clauſerit Infernas ſoboles mea ſanguine portas?*
*Accipite ergo animo, & verbũ aſſeruate tremẽdũ,*
*Turbine flammarum Solymos, & celſa tonanti*
*Fulmine tecta premam, quod circũ ingentia regni*
*Rura tremant, atq; icta rogis nemora alta laborẽt,*
*Nec tantum vexare face, aut glomerare ſagittas*
*Sufficiet, ſed iuncta ſiti premet arida morſu*
*Ora virum funeſta fames, ferus vngue rapaci*
*Vultur, Orontæis rabiem exaturabit ademptis,*
*Informeſque cauis ſyluarum è cautibus vrſos,*
*Terribileſq; ſues, furibundaque caſtra leonũ,*
*Adijciam vexare Syros; quare impiger ales*
*Præcipites rapido Michael anteire volatu*
*Diſce Notos, niſuque domos adlapſus auaras,*
*Dic age, nocturnos reuocare in turbida Manes*
*Tartara, feſtinet Pluton, rutilantia muros*
*Donec inexhauſtis rapiant incendia ramis;*
*Ille Paleſtinas nigranti examine turmas,*

*Fun-*

Fŭctaq; tunc ſtygijs ſimulachra effundet ab antris,
Tunc liquidum late nubes per inane citatas ,
Fumus aget, victorq; ſyrum fera tela recondam.
Dixit: & incuſſa ſacrarum mole comarum
Atria ſyderei nutu tremefecit Olympi.
Paret agens Michael, ſoloq; effuſus ab alto
Fulget, & aſtriferos tranſit talaribus orbes.
Ille ibi ſydereum ſtellata fronte Leonem
Aſpicit, & cancri membra incuruata ſuperni,
Nec procul ætherijs cornu furit igneus aruis
Taurus Agenorides, Ledeaque uincta refulget
Progenies, procul arma manu ciet aſpera Chyrō.
Inde premens auras, apicē, & nemora alta niualis
Aſpicit Atlantis, cinctum cui verticis alti
Nubibus imbre iugū, rapidiſq; impellitur Auſtris
Nix humeros glacialis habet, riget horrida brumis
Barba intonſa cadens), ducuntque per iſpyda riuos
Pectora diuidui fontes, fluuijque rapaces.
Ille ibi præpetibus nemoroſa cacumina pennis
Tranſmittit, Baiaſque ruens ad labitur oras,
Hic locus æternis cœli, nemorumque tenebris
Horret, & arcano glacialibus ore cauernis
Fœtet, vbi ætherias haud vnquā impune per auras
Nubiuagæ ſpatiantur aues. tenebroſus hiatu
Tam graue Tartareis effert ſe fumus ab antris;
Hinc via ad Infernas per opaca ſilentia ſedes,
Sulphureæque patens fauces Acherontis auari:
Tranſilit extremas rapido pede nixus ad vndas

Hac

Digitized by Google

*Hac Michael, toruumq; ſenem, lentaſque paludes*
*Aſpicit & pingues tranantia corpora riuos,*
*Lethæis infuſa vadis; verum vndique pigræ*
*Ferre gradum prohibent nubes & putridus æther*
*Implicat, ille cauas aurata luce tenebras*
*Excutit, & radijs circum ſtygis aura refulget.*
*Verum vbi Tartareos ad turbida regna Tyranno*
*Impoſuit reuocare choros rapido ocyor Auſtro*
*Proſilit in ſuperos, rigidaque interritus haſta*
*Percutit Infernos, tenebrarumque ora coronis*
*Exuit, Empireum celerans, vultumque ſerenat*
*Nec ſecus iratis nubes Aquilonibus ictas*
*Purpurei æternum radians lux alma diei*
*Soluit, & expulſis ardet rutilantior vmbris.*
*At procul interea Cæſar quando ardua latè*
*Mœniaque, & turres putat oppugnare ſuperbas,*
*Imperat acciri iuuenes rapidèque comantem*
*Accelerare viros clypeata indagine ſyluam,*
*Qui properè expediant moles, & bellica Martis*
*Moliti attollant Solymæ expugnacula muris.*
*Illi autem inſtantes operi, procul horrida paſſu*
*Teſqua petunt vallisq; cauis anfractibus errant.*
*Iamque rudes tetigere locos: cadit ardua pinus,*
*Glandiferæq; ruunt quercus, & acommoda bellis*
*Fraxinus, iratis ſonat icta ſecuribus ilex,*
*Alnuſque apta fretis, & odora morte cupreſſus*
*Præcipitant: fugere feræ nidiſque fugaces*
*Abſiliere ſuis volucres, cecidere rotata*
*Robo-*

Digitized by Google

Robora, & impoſitæ plauſtris reſonantibus orni,
Ilicet aptatæ turres, pluteique rigentes
Balliſtæque horrent Bellonæ dira ſupellex
Iamque dies aderat, roreſq; inopina cruentos
Sparſerat Hebræis Vxor Tithonia campis;
Cum ſubito intrepidi clypeorum ad mœnia tecto
Italidæ incurrunt, & obumbrant æthera telis,
Iamque faces, iam ſaxa ruunt, denſaque leuantur
Lege gradus nec turba manu glomerare ſagittas
Deſinit Heſperias, contra autem effundere certant
Multifidaſq; trabes, ſcopuloſaq; teſqua rebelles.
At clypei exultans orbe inter millia Cæſar
Ante acies, & ſigna ruit, galeaq; refulgens
Erigit intrepidos inimica in mœnia vultus.
Et modo terrifico rigidos ſtridore molares
Diſcutit, excuſſis modò tela volantia tergis.
Longum autem excelſi ſublimior appice muri
Stabat Emicniades, nemoroſum in prælia montis
Saxũ immane ferens, magnaq; hinc inde Latinos
Mole Gigantei terrebat corporis hoſtes.
Illyricumque Buten ferratæ cuſpidis ictu,
Quem circum ingentem fremitu inſonuere ſecundo
Agmina Orontiadũ, & dira exanimauerat orno,
Cum ferit icta feri lumen Cydonæa ſuperbum
Cæſaris haſta manu, verum ille cruentus ab alta
Turre cadit, concuſſa Syrum ſuper arma ferocẽ,
Saxaque Orontæi ſonuere trementia muri.
Nec ſecus horrendum Getico procũbit in Aemo,

Quam

*Quam rapidi rapuere Noti peritura cupreſſus*
*Auulſiſque erepta comis illa vſque minatur*
*Qua tellure cadat, circum nemora alta tremiſcũt*
*Interea, ingentemq; pauent frondoſa ruinam,*
*Inde recuruati Lycabam reſonantibus arcus*
*Cornibus aggreditur, Cedron qui lætus ad vndas*
*Magnanimi Eutridis diræ ſe abduxerat haſtæ,*
*Vnde ſibi annoſam Clotho, ſobolemq; futuram*
*Crediderat, varijs eluſus ab alite ſignis:*
*Verum ibi præcipitat murorum è uertice, ſacros*
*Luce tuens pallente polos, cælumque repoſcit.*
*Tempora longæuæ fruſtra expectata ſenectæ.*
*Iunxerat Eurillæ dextram fremebundus Eryon,*
*Vt ſecum igniuomam Romana bituminis ollam*
*Deſuper ora daret, cum primum eiecta Latini*
*Militis haſta venit lateriq; adlapſa, frementem*
*Tranſigit Hebræum, ſociaque in coniuge figit,*
*Par procul indomitis ſæuit fortuna Latinis*
*Contra, vbi marmoreis Lybicarũ armata ferarum*
*Obiecere locis; cornu hic fremebundus amico*
*Fulgurat Amphicreon. lethoq; agitata ſororis*
*Ignea corda fremunt, quatit ecce tremẽdus ahena*
*Cuſpide turriferum medijs elephanta maniplis,*
*At fera ſanguineam traiecta attollit in auras*
*Cuſpide ceruicem, tabuliſque effundit acernis*
*Arma virũ & pharetras, lapſæq; immania turris*
*Pectora, præcipiteſq; trahit moritura Quirinos.*
*Ecce nouis armata focis manus hoſtis ephœbi* Amphicreõtis

Tor-

Digitized by Google

*Torquet in elapſæ flammas rabida ora minaces,*
*Correptamque ardore trabem, ad intuſque ſonoro*
*Turbine fumantes turbo rapit igneus axes.*
*Nec ſecus auratæ ſegetes alimenta miniſtrant*
*Purpureis optata rogis, calet humidus æther*
*Interea, & putres vrunt incendia glebas.*
*At Lybiæ ſtimulante foco monſtrũ intrat aquoſas*
*Torrentis cum turre domos, Cedronq; per vndas*
*Torquetur rapido metuendi corporis æſtu.*
*At procul aerio turrita in mœnia paſſu*
*Fulgurat Italicis ingens Theopiſtus in armis.*
*Pulſa venenatis circum caua tempora telis*
*Aera ſonant, galeæque comas quatit aura nitẽtes.*
*Ille autem intrepidus, terra vt veſtigia firmans*
*Perfurit in Solymos, pulſu Balearica plumbum*
*Funda rotat, lapidumque ruit denſiſſimus imber.*
*Sic ferus aduerſis elephas redimitus ab armis,*
*Horrendum infrendens, hominum venabula lõge,*
*Et rigida eiectas colli cute diſcutit haſtas.*
*Vt verum noua lux miſeris effulſit, & altum*
*Caſſidis ingentes micuere in vertice criſtæ,*
*Inuiſam agnoſcunt faciem, geliduſque trementum*
*Palluit an ore timor, poſito tamen enſe, Melthes*
*Multifidam torquet generoſa in pectora quercũ;*
*At vulnus rapuere Noti, namq; æthera neruis*
*Quercus adacta ſubit, verũ illi erectus in enſem,*
Theopi- *Percutit ingentem media inter tempora frontem,*
*Dardanius, magnoque tremens agitata cadentis*

Pon-

*Pondere terra gemit, præſectaque partibus æquis*
*Cuſpide cæſaries humero ex vtroque pependit.*
*Inde Neocliadem ferro, iuuenemque Numanum*
*Verberat, & tumido iaculum in pulmone recōdit,*
*Abripit ille fremens violentum è uulnere telum,*
*In pectuſq; ruit vultu, & cum luce dolorem*
*Deſinit, æterno componens lumina ſomno.*
*Nec procul Eumenij ferrata in caſſide ferrum*
*Abdit, & effuſo commiſcuit oſſa cerebro.*
*Ille autem epinnis lapſu moribundus amicis*
*Voluitur, æneadumq; trahit ſuper arma ruinam.*
*Et ſi ibi terribilem iaculis ea cura ſubiſſet,*
*Pādere clauſtra manu, atq; īmittere poſtibus agmē*
*Illa armis poſtrema dies, illa vltima ferro*
*Regis opes, ſedeſque Syrum expugnaſſet auitas.*
*At necis Italici ſæuum violenta cupido*
*Principis adſtantes ferrum contorſit in hoſtes.*
*Iamque theatrali murorum euertice, Regis*
*Aurea tecta ſubit, verum hic glomeranda refulgēt,*
*Eumenidum nigris fabricata incendia campis:*
*Ille ibi ferratas correpta cuſpide portas*
*Vrget, & armorum pluuia crepitante ſonora,*
*Fert tremulis medium pennis galea alta draconē.*
*Ac veluti paſtus ſyluis mala gramina ſerpens,*
*Quem niuis aprico glacies tumularat in aruo,*
*Nunc nouus exuuijs, fuluoq; horrendus in auro,*
*Mille trahit varios aduerſa luce colores.*
*Talis Orontæi radioſa in robore poſtis*

*Cuſpide*

Digitized by Google

Saxoſumq; ſonans flumen, fulmenque Tonantis ?
Verum vbi defenſus, nec iã amplius vlla ſuperſũt.
Corporis arma viro, proprio hæc tãdẽ excipit ore.
Nam quis te procerum longè imperterrite noſtro
Iuſſit obeſſe lari, & numen temerare verendũ ?
Ille autem incuſſo verſans ſ. ſpiria corde,
Scis vates, ſcis, multa Syon, quæ incendia Martis
Sæua premant, quæ bella feram: præcepta Deorũ
Alexandri. Lygur. Proſequor Etruſci quæſitum oracula Regis.
Hæc tantum Heſperius. verum illi pectus anhelũ,
Et rabie fera corda tument, vi denique multa
Talibus, infrendens dudum rabida ora reſoluit,
Vt primum Oenotrijs, Danaumq; abſcedere caſtris
Tyrrhenum Romana Ducem tremefacta iuuentus
Vidit, & ingenti fremuerunt arma Theatro;
Ille coruſcantes armorum horrore cateruas,
Argolidumq; manus, Calidoniaq; ora virorum
Fluminis irriguas ſtrauit fluitantis ad vndas,
Fluuius eſt Phericiæ. Inde ſequens Dorylam ripas ad Orontis aquoſas
Adſtitit, & frontem galea, atq; vmbone ſiniſtram
Nudauit medijs aruorum effuſus in herbis.
Ecce autem adſtantes miſceri murmure lymphas
Senſit, & eductis per eburnea colla capillis
Vidit Amadriadem fluuij celerantis ab alueo
Surgere, & albentes nudam oſtentare lacertos:
Non puer Eois aliter Ioue natus ab vndis
Exilit, & crines interfluit aura decoros.
Nec ſecus abſiliens fluctu rubicunda ſonoro,

Dum

by Google

*Dũ pelagi adſtarẽt reliquæ ad cunabula Nymphæ.*
*Ambroſias reſoluta comas Cytherea refulſit.*
*Nec mora ludentes Gluacarũ ad plectra choreas*
*Excipiens, vt ſæpe vagas concentibus auras,*
*Ad Phaetonteæ ſtagnantia regna Paduſæ,*
*Percutit albus olor. quercus & ſaxa mouere,*
*Et ſyluas mulcere ſolet. ſic candida Naias*
*Carmine fontis aquas, & flumina longa moratur.*
*Iamque ſoporiferæ cedebant membra quieti*
*Feſſa, Ducis cum frontis ebur recubãtis, & oſtrũ*
*Nympha videt, vultuq; calens immota decoro*
*Heret, vt irrigui quondam prope littora fontis*
*Adſtitit, egregiæ deceptus imagine formæ*
*Narciſſus conuexa replens vlulatibus antra,*
*Beotidumq; mouens animos plangore ferarum.*
*Mox ibi pallentes violas, atq; alba Hyacintis*
*Lilia iuncta legens, variaſq; ordita catenas*
*Membra viri, vincliſq; humeros rubicũda coercet,*
*Inde per Aegeos ad Oaxidis humida campos*
*Antra venit, iunctiſq; Ducem ocultare puellis*
*Nititur, ignari quondam vt Lycomedis in aula*
*Armiger Aeacides virgo verecunda latebat.*
*Ne verum intrepidam reuoces ad prælia dextrã,*
*Hic tibi dirarum ante oculos rabida ora feraum*
*Se ſe vltro obijcient, Scyllæq; Hydræq; biformes,*
*Pythoneſq; atri, & ſphinges, rabidique Leones,*
*Vipereæque acies, tu contra audentior ito;*
*Namq; humili concuſſa metu, fugitiua quieſcent*

Fluuius eſt in Inſula Creta.



Digitized by Google

*Vt tuus incurui franget ſonus æthera cornu.*
*Hæc vbi dicta: cauis acclini vertice lymphis*
*Mergitur, & nigræ circum attolluntur arenæ.*
*Nec mora magnanimos puppis Neptuno Aegeo*
*Arnũ Regis auũ & Lygurem vehit vncta ferocẽ.*
*At Deus interea Gabrielem ingentibus alis*
*Ire iubet, totoque choros accerſere cælo,*
*Ille autem extemplo Boreã prælatus, & Auſtrũ,*
*Empyreos iubet ire Duces, vnde arduus ille*
*Agminaq; Italidum cernit, Phrygioſque nepotes.*
*Ergo vbi ſyderei tenuere palatia regni,*
*Celſior omnipotens, ſolioque innixus eburno,*
*Terrarum aſpiciens orbem, fluuioſque fugaces,*
*Aequoraq; & latos fontes, radiantia multis*
*Fulmina vibrauit flammis, vnde omnis Olympus,*
*Et procul alta metu ſiluerunt murmura venti;*
*At vaga cœleſtes vario Thaumantias arcu*
*Stat Regis complexa comas, ſedemque verendam*
*Quattuor inductis animalia maxima pennis*
*Ante ſedẽt, queis quot vaſto ſunt corpore plumæ,*
*Tot vigiles radiant oculi (admirabile dictu)*
*Ille autem, Infernas acies Phlegetontis auari,*
*Non mage Olympiacis bellum indixiſſe maniplis,*
*Horruit alta domus cum circum aurata ſuperni*
*Regna poli, & noſtris ſtreperet ſeges ærea tectis:*
*Cum rutilæ æterno Michael adamante refulgens*
*Caſſidis, Empyreos ad Martia bella maniplos*
*Duceret, & Stygias aciem eiectaret ad vndas:*



Digitized by Google

*Vt modò Orontæas longum ſupereſſe phalanges*
*Indignata fremit, tardus quo nam vſque truentas*
*Exigor in pœnas? piguit glomerare per auras*
*Fulgura, & Aetnæos auferre incudibus ignes.*
*Nil ego ſulphureis quod aduram mœnia flammis?*
*Terrarumque globum delere voracibus vndis*
*Aequora paßus, agã? fructũ hũc ꝙ ab ĩpete turmas*
*Stagnantis ſaluarit aquæ, Pharaonidas axes*
*Amne tegẽs, mea dextra refert, quod opaca ſupnã*
*Præbuerit per regna dapẽ, & Phlegetontis aduſti*
*Clauſerit Infernas ſoboles mea ſanguine portas?*
*Accipite ergo animo, & verbũ aſſeruate tremẽdũ,*
*Turbine flammarum Solymos, & celſa tonanti*
*Fulmine tecta premam, quod circũ ingentia regni*
*Rura tremant, atq; icta rogis nemora alta laborẽt,*
*Nec tantum vexare face, aut glomerare ſagittas*
*Sufficiet, ſed iuncta ſiti premet arida morſu*
*Ora virum funeſta fames, ferus vngue rapaci*
*Vultur, Orontæis rabiem exaturabit ademptis,*
*Informeſque cauis ſyluarum è cautibus vrſos,*
*Terribileſq; ſues, furibundaque caſtra leonũ,*
*Adijciam vexare Syros; quare impiger ales*
*Præcipites rapido Michael anteire volatu*
*Diſce Notos, niſuque domos adlapſus auaras,*
*Dic age, nocturnos reuocare in turbida Manes*
*Tartara, feſtinet Pluton, rutilantia muros*
*Donec inexhauſtis rapiant incendia ramis;*
*Ille Paleſtinas nigranti examine turmas,*

*Fun-*

Digitized by Google

*Fūctaq; tunc ſtygijs ſimulachra effundet ab antris,*
*Tunc liquidum late nubes per inane citatas ,*
*Fumus aget, victorq; ſyrum fera tela recondam :*
*Dixit: & incuſſa ſacrarum mole comarum*
*Atria ſyderei nutu tremefecit Olympi .*
*Paret agens Michael, ſoloq; effuſus ab alto*
*Fulget, & aſtriferos tranſit talaribus orbes .*
*Ille ibi ſydereum ſtellata fronte Leonem*
*Aſpicit, & cancri membra incuruata ſuperni ,*
*Nec procul ætherijs cornu furit igneus aruis*
*Taurus Agenorides, Ledeaque uincta refulget*
*Progenies, procul arma manu ciet aſpera Chyrō .*
*Inde premens auras, apicē, & nemora alta niualis*
*Aſpicit Atlantis, cinctum cui verticis alti*
*Nubibus imbre iugū, rapidiſq; impellitur Auſtris*
*Nix humeros glacialis habet, riget horrida brumis*
*Barba intonſa cadens}. ducuntque per iſpyda riuos*
*Pectora diuidui fontes, fluuijque rapaces .*
*Ille ibi præpetibus nemoroſa cacumina pennis*
*Tranſmittit, Baiaſque ruens ad labitur oras ,*
*Hic locus æternis cœli , nemorumque tenebris*
*Horret , & arcano glacialibus ore cauernis*
*Fœtet, vbi ætherias haud vnquā impune per auras*
*Nubiuagæ ſpatiantur aues , tenebroſus hiatu*
*Tam graue Tartareis effert ſe fumus ab antris ;*
*Hinc via ad Infernas per opaca ſilentia ſedes ,*
*Sulphureæque patens fauces Acherontis auari :*
*Tranſilit extremas rapido pede nixus ad vndas*

*Hac*

*Hac Michael, toruumq; ſenem, lentaſque paludes*
*Aſpicit & pingues tranantia corpora riuos,*
*Lethæis infuſa vadis; verum vndique pigræ*
*Ferre gradum prohibent nubes & putridus æther*
*Implicat, ille cauas aurata luce tenebras*
*Excutit, & radijs circum ſtygis aura refulget.*
*Verum vbi Tartareos ad turbida regna Tyranno*
*Impoſuit reuocare choros rapido ocyor Auſtro*
*Proſilit in ſuperos, rigidaque interritus haſta*
*Percutit Infernos, tenebrarumque ora coronis*
*Exuit, Empireum celerans, vultumque ſerenat*
*Nec ſecus iratis nubes Aquilonibus ictas*
*Purpurei æternum radians lux alma diei*
*Soluit, & expulſis ardet rutilantior vmbris.*
*At procul interea Cæſar quando ardua latè*
*Mœniaque, & turres putat oppugnare ſuperbas,*
*Imperat acciri iuuenes rapidèque comantem*
*Accelerare viros clypeata indagine ſyluam,*
*Qui properè expediant moles, & bellica Martis*
*Moliti attollant Solymæ expugnacula muris.*
*Illi autem inſtantes operi, procul horrida paſſu*
*Teſqua petunt valliſq; cauis anfractibus errant,*
*Iamque rudes tetigere locos: cadit ardua pinus,*
*Glandiferæq; ruunt quercus, & acommoda bellis*
*Fraxinus, iratis ſonat icta ſecuribus ilex,*
*Alnuſque apta fretis, & odora morte cupreſſus*
*Præcipitant: fugere feræ nidiſque fugaces*
*Abſiliere ſuis volucres, cecidere rotata*

*Robo-*

Robora, & impoſitæ plauſtris reſonantibus orni,
Ilicet aptatæ turres, pluteique rigentes
Balliſtæque horrent Bellonæ dira ſupellex
Iamque dies aderat, roreſq; inopina cruentos
Sparſerat Hebræis Vxor Tithonia campis;
Cum ſubito intrepidi clypeorum ad mœnia tecto
Italidæ incurrunt, & obumbrant æthera telis,
Iamque faces, iam ſaxa ruunt, denſaque leuantur
Lege gradus nec turba manu glomerare ſagittas
Deſinit Heſperias. contra autem effundere certant
Multifidaſq; trabes, ſcopuloſaq; teſqua rebelles.
At clypei exultans orbe inter millia Cæſar
Ante acies, & ſigna ruit, galeaq; refulgens
Erigit intrepidos inimica in mœnia vultus.
Et modo terrifico rigidos ſtridore molares
Diſcutit, excuſſis modò tela volantia tergis.
Longum autem excelſi ſublimior appice muri
Stabat Emicniades, nemoroſum in prælia montis
Saxũ immane ferens, magnaq; hinc inde Latinos
Mole Gigantei terrebat corporis hoſtes.
Illyricumque Buten ferratæ cuſpidis ictu,
Quem circum ingentem fremitu inſonuere ſecundo
Agmina Orontiadũ, & dira exanimauerat orno,
Cum ferit icta feri lumen Cydonæa ſuperbum
Cæſaris haſta manu, verum ille cruentus ab alta
Turre cadit, concuſſa Syrum ſuper arma ferocẽ,
Saxaque Orontæi ſonuere trementia muri.
Nec ſecus horrendum Getico procũbit in Aemo,
Quam

*Quam rapidi rapuere Noti peritura cupreſſus*
*Auulſiſque erepta comis illa vſque minatur*
*Qua tellure cadat, circum nemora alta tremiſcũt*
*Interea, ingentemq; pauent frondoſa ruinam,*
*Inde recuruati Lycabam reſonantibus arcus*
*Cornibus aggreditur, Cedron qui lætus ad vndas*
*Magnanimi Eutridis diræ ſe abduxerat haſtæ,*
*Vnde ſibi annoſam Clotho, ſobolemq; futuram*
*Crediderat, varijs eluſus ab alite ſignis:*
*Verum ibi præcipitat murorum è uertice, ſacros*
*Luce tuens pallente polos, cælumque repoſcit.*
*Tempora longæuæ fruſtra expectata ſenectæ.*
*Iunxerat Eurillæ dextram fremebundus Eryon,*
*Vt ſecum igniuomam Romana bituminis ollam*
*Deſuper ora daret, cum primum eiecta Latini*
*Militis haſta venit lateriq; adlapſa, frementem*
*Tranſigit Hebræum, ſociaque in coniuge figit,*
*Par procul indomitis ſæuit fortuna Latinis*
*Contra, vbi marmoreis Lybicarũ armata ferarum*
*Obiecere locis; cornu hic fremebundus amico*
*Fulgurat Amphicreon letboq; agitata ſororis*
*Ignea corda fremunt, quatit ecce tremẽdus ahena*
*Cuſpide turriferum medijs elephanta maniplis,*
*At fera ſanguineam traiecta attollit in auras*
*Cuſpide ceruicem, tabuliſque effundit acernis*
*Arma virũ & pharetras, lapſæq; immania turris*
*Pectora, præcipiteſq; trahit moritura Quirinos.*
*Ecce nouis armata focis manus hoſtis ephæbi* Amphicreótis.

Tor-

*Torquet in elapſæ flammas rabida ora minaces,*
*Correptamque ardore trabem, ad intuſque ſonoro*
*Turbine fumantes turbo rapit igneus axes.*
*Nec ſecus auratæ ſegetes alimenta miniſtrant*
*Purpureis optata rogis, calet humidus æther*
*Interea, & putres vrunt incendia glebas.*
*At Lybiæ ſtimulante foco monſtrũ intrat aquoſas*
*Torrentis cum turre domos. Cedronq; per vndas*
*Torquetur rapido metuendi corporis æſtu.*
*At procul aerio turrita in mœnia paſſu*
*Fulgurat Italicis ingens Theopiſtus in armis.*
*Pulſa venenatis circum caua tempora telis*
*Aera ſonant, galeæque comas quatit aura nitẽtes.*
*Ille autem intrepidus, terra vt veſtigia firmans*
*Perſurit in Solymos, pulſu Balearica plumbum*
*Funda rotat, lapidumque ruit denſiſſimus imber.*
*Sic ferus aduerſis elephas redimitus ab armis,*
*Horrendum infrendens, hominum venabula lõge,*
*Et rigida eiectas colli cute diſcutit haſtas.*
*Vt verum noua lux miſeris effulſit, & altum*
*Caſſidis ingentes micuere in uertice criſtæ,*
*Inuiſam agnoſcunt faciem, geliduſque trementum*
*Palluit an ore timor, poſito tamen enſe, Melthes*
*Multifidam torquet generoſa in pectora quercũ;*
*At vulnus rapuere Noti, namq; æthera neruis*
*Quercus adacta ſubit, verũ illi erectus in enſem,*
*Percutit ingentem media inter tempora frontem,*
heopi- *Dardanius, magnoque tremens agitata cadentis*
is.

Pon-

Pondere terra gemit, præſectaque partibus æquis
Cuſpide cæſaries humero ex vtroque pependit.
Inde Neocliadem ferro, iuuenemque Numanum
Verberat, & tumido iaculum in pulmone recōdit,
Abripit ille fremens violentum è uulnere telum,
In pectuſq; ruit vultu, & cum luce dolorem
Deſinit, æterno componens lumina ſomno.
Nec procul Eumenij ferrata in caſſide ferrum
Abdit, & effuſo commiſcuit oſſa cerebro.
Ille autem epinnis lapſu moribundus amicis
Voluitur, æneadumq; trahit ſuper arma ruinam.
Et ſi ibi terribilem iaculis ea cura ſubiſſet,
Pādere clauſtra manu, atq; ĩmittere poſtibus agmē
Illa armis poſtrema dies, illa vltima ferro
Regis opes, ſedeſque Syrum expugnaſſet auitas.
At necis Italici ſæuum violenta cupido
Principis adſtantes ferrum contorſit in hoſtes.
Iamque theatrali murorum euertice, Regis
Aurea tecta ſubit, verum hic glomeranda refulgēt,
Eumenidum nigris fabricata incendia campis:
Ille ibi ferratas correpta cuſpide portas
Vrget, & armorum pluuia crepitante ſonora,
Fert tremulis medium pennis galea alta dracone.
Ac veluti paſtus ſyluis mala gramina ſerpens,
Quem niuis aprico glacies tumularat in aruo,
Nunc nouus exuuijs, fuluoq; horrendus in auro,
Mille trahit varios aduerſa luce colores.
Talis Orontæi radioſa in robore poſtis

Cuſpide

Digitized by Google

*Cuſpide contedit, deiectaq; cardine rupto*
*Porta premit ferrata ſolum, & Penetralia Regum*
*Apparēt, ingenſq; ferit vaga ſydera plangor.*
*At iam magnanimi, delata cæde ſuorum,*
*Vndique conueniunt proceres, rapidamq; lacerti*
*Toruus Orontiades toto ciet impete quercum.*
*Nec procul Anſidamas vbi regē īſtracta relinquūt*
*Agmina conclamat, ſolus ne imp ne tot armis*
*Vnus homo, & tanto deterruit agmine ſeptus*
*Martia corda Syrum? vos en in moenia toruum*
*Ducitis Aeneadem, vos in ſublimia Regis*
*Tecta faces, & tela datis, paulum horrida Martis*
*Diſcite bella pati, vel ſi glomerare negatum*
*Tela manu, virtutem ex me, verumque laborem*
*Diſcite ego emoriens ego, tela trementia ſolo*
*Pectore conſumens, animam hanc ſacrare ſaluti*
*Lætor Orontææ, Ditiſque intrare ſilentis*
*Regna, & Auernæas Regū comes ire per vmbras*
*Talia conclamat, Latiumq; adit obuius hoſtem,*
*At triſtes rediere Syri, fremit omnis in vnum*
*Turba Ducē, procul arma volant, ille agmina tāto*
*Pulſus abit, rigidaſq; trabes vmbone retundit;*
*Vt Lybicus denſis hominum leo cinctus ab armis,*
*Miſſilibus dum turma ruit, dum fortibus vrget*
*Enſibus, ore fremens cedit, vāque inclyta virtus*
*Ferre pedem prohibet, menſque atra exeſtuat ira.*
*Ecce propinquauit portis, & ferrea rupit*
*Clauſtra inimica manu, quę poſtquā erupta ſonātes*

Diſſi-

*Diſſiliere fores, Solymiq. è mœnibus hoſtes*
*Eiciunt Latium telorum turbine Regem.*
*Irrumpunt biſores Rutuli vt mouere recluſas,*
*Claudius armipotens, Pharioq. è littore Celteus.*
*Et rapidus Lyger, & grandæuo corpore Picus,*
*Picus Achilleides, animiſq. frementibus iræ,*
*Bellorumq. arſere faces, nec tela furori*
*Sufficiunt, galeis galeæ, atq. vmbonibus aureis*
*Aurati incumbunt clypei, & mucronibus enſes.*
*At rabidi ferro ante alios crudelia fratres*
*Bella inſtaurabant, Betulo Antemnide nati,*
*Clelius, & Clytias, metuenda ex ſtirpe Gigãtum,*
*Fiſi armis, vltroq. acies in tecta vocabant.*
*Sic geminæ Eridani ripis, Atheſiſue ſonori*
*Littore præcellunt quercus, impexaq. ventis*
*Obijciunt capita, & frondoſa cacumina verſant.*
*Nec mora Dardanio procul hinc aduerſa mouenti*
*Hoſtibus arma Duci, conuerſo ad labitur aures*
*Fama gradu, lymphata fores perhibere patentes*
*Agmina, & Italicis ferro inſultare maniplis,*
*Ille autem Hebræos curſu metuendus anhelo*
*Ferratos ruit ad poſtes, procul ecce gigantem,*
*Et primum Clitiam, namq. bis ſe excelſus agebat*
*Abrhamides prior ante alios, proſternit, & ora*
*Tranſigit obnixus iaculo; at ſingultibus errans*
*Certatim nunc ore fluit, nunc vulnere ſanguis,*
*Mẽbraq. dant ſonitũ, et clypeus ſuper incidit ingẽs.*
*Marmorea vt quondam glareoſo in littore moles*
*Euboeæ ſublapſa ruit, penituſq. ruinam*

*Præcipitata dedit, circumq. inſecta ſonorè*
*Aequora & Oceani regna intonuere profundi.*
*At rigidus, nodiſq. rudem, ſparſamq. veneno,*
*Cœlius horribili dextræ mouet impete quercum.*
*Illa coloratæ ſternit glomerata Typheſum*
*Purpureum fulgore iubæ, & caua pectora figens,*
*Pulmonem, ac molles circum præcordia telas*
*Transfigit, inducto languent duo lumina letho,*
*Palleſcuntq. horrore genæ, atq. in terga recumbunt.*
*Te mare purpureum, et regni vada ſalſa profundi,*
*Te Driades fleuere, puer, tibi candida Naias*
*Scidit odoratos aurato in vertice crines.*
*Interea liquidum ſtridens ſecat æthera cornus*
*Incertùm qua pulſa manu, penituſq. Latini*
*Regis adacta pedem violento percutit ictu.*
*Magnanimum iaculis circũ, & clamore ſequũtur,*
*Lætitiaq. fremunt Solymi, fert maximus omnes*
*Armipotens iam meta trabes, rigiduſq. ſagittis*
*Ferratum regit vmbo nemus, leuat Itala Regem*
*Turba, ſenex verbo donec ſuccinctus amico*
*Murmuret, & notis medeatur Apollinis herbis.*
*At niſi fluctiſonis Solem Thetis vltima campis*
*Claudat, & ignitos exoluat ab axe iugales,*
*Intrepidi exilient Solymi, & fera bella ſequentur:*
*Sed fugat Eois ſurgens nox humida regnis*
*Præcipites Phaetontis equos; pede pulſat Olympũ*
*Nocturnis effuſa rotis ſoror æmula Solis;*
*Altaq. Sydereis fulget comitata maniplis.*

FINIS LIBRI SEXTI.

Digitized by Google

# EXPVGNATÆ

## HYERVSALEM

## LIBER SEPTIMVS.

### ARGVMENTVM:

*Vadit Alexander Solymos ab*
*Oaxide campos.*

*INterea horrendis ſomni exturbata figuris,*
*Nympha ſagittiferi mater rubicunda Typheſi,*
*Liquit aquam, & ponto ſimul emerſere ſorores;*
*Nã q. per horrificas atra ſub imagine noctes,*
*Exuuiaſq. Syrum. & partos rediſſe triumphos,*
*Lora uiri, & notam clamydẽ, pharetraſq. videbat*
*Nuſquã ipſũ, verùm illa graues augeſcere viſa eſt.*
*Præcipuè nox vna metus, miſeramq. parentẽ*



Digitized by Google

*Terruit, & diris ſtimulauit pectora curis.*
*Notus in Aequoreis veloci corpore campis*
*Piſcis erat, Pelagoq. patri admirabilis ipſi,*
*Nereidumq. choris, cui quondam innixus adibat*
*Oceani ſedes puer incomitatus aquoſas.*
*Hunc vt Nympha vadis, venatu horrenda relicto*
*Tigridis ora ferens, pelagi repetebat amicis;*
*Impoſuiſſe graues roranti ſanguine vultus,*
*Vidit, & horrificos oculi abrupere ſopores.*
*Ergo vbi fluctiſonis flauum caput extulit vndis,*
*Hebræas ruit ad ſedes, gelida ora Zypheſi*
*Aſpicit, & tandem miſeræ data flere poteſtas.*
*Aduerſumne Syris ego te puer improba telis,*
*Optatumq. caput miſi? tantumne Tonanti*
*Hæc facies inuiſa Ioui? Superùmq. maniplis?*
*Non ego monſtriferos terras imitata Gigantum*
*Progenui lymphata choros, non aſpera dixi*
*Iurgia, nec magnos moui Sypilea furores.*
*Aſt ego tela Syrùm, Amphicreontæaſq. ſagittas*
*Non adeò metuenda mihi, aut infeſta putabam.*
*Cum rabidos iam Martis equos axiſq. ſonoras*
*Ante rotas, Martemq. ferum, et fera tela uerebar.*
*Diceret infælix etiam, verùm alta Zypheſi*
*Ad vada membra ſui, et ſociam abduxere ſorores.*
*Iamq. per vndantes ibat Parethonia campos*
*Heſperius reſponſa ſequens, & Bachica Naxos,*
*Ante oculos abeunte Samo, caput alta leuabat.*
*Cum Paros, Oliaroſq. patent, & fumida Lemnos*

Con-

*Conditur Aeloidum ſurijs agitata Cyclopum,*
*Et Caros Icarijs orbi celeberrima pennis.*
*Atq. uti præcipiti volucrum Regina volatu*
*Terribilem ſuperare Notũ, ac præuertere neruis*
*Tela eiecta ſolet, libratiſq. æthere plumis*
*Radit iter liquidum & niſu caua nubila ſcindit,*
*Sic pelagus ratis vncta ſecat, iamq. axis anhelis*
*Phœbus aquas intrabat equis. & pronus Olympo*
*Abdiderat roſeos ſpumanti gurgite crines,*
*Cum Thetis ardenti ſoluens temone iugales*
*Reſſicit emeritos, regniſq. exurgit aquoſis*
*Inſula ſemiferi quondam domus hoſpita Tauri.*
*Nec mora Dardanium turrita in puppe rudentem*
*Deicit Heſperius, curuo ligat anchora morſu*
*Robora, & apparent annorum effœta vetuſto*
*Mœnia celſa ſitu, crudeliſq. atria monſtri.*
*Dedalus his Taurum iam pridẽ ambagibus atris,*
*Multiplicíq. via, murorum hinc inde corona*
*Clauſerat, & varia metuendum eluſerat arce.*
*Hinc locus eſt pelagi ſedes. & Oaxidis alti*
*In vnum quo lympha fremunt, varioq. rotatu*
*Alga vadi, & nigræ in girum rapiuntur arenæ.*
*Atq. ibi Tyrrhenus, Driadum comitante caterua,*
*Virginis os, habitumq. gerens, flammaſq. Napeæ*
*Amplexu augebat, placidumq. fouebat amorem.*
*Ergo uti ſyderea, vigiles dum fœdere iuncto*
*Præcipitant de nocte lupi, quos aſpera mordet*
*Flamma gulæ, timidiq. meant, cæcumq. furorem*

 Diſ-

Diſsimulant; ne cura canum vigilare magiſtros
Vrgeat. & notos oſtendat ouilibus hoſtes.
Sic lygur, & regni properat pater Arnus aquoſi;
Dumq. humiles ea tecta petunt, campoſq iacentes
Alterno ſermone leuant, Lygur excipit Hæros.
Namq. quid imbelles Tyrſhos, & Nebridas auro
Ardentes Bachiq. mitris, tenueſq. chorymbos
Attuleris, qua nunc Regem ratione paramus
Ducere, et Hetruſcam reuocare ad bella bipennem,
His ne grauem Solymis, Syriæq. armabimus hoſtē?
His ne recuruato glomerabit ſpicula cornu?
Olli ſubridens vultu pater Arnus amico
His tibi Regis adhuc ſi fœmineam incolit arcem,
His tibi terribilem reuocabo ad prælia dextram.
Nāq. fatebor enim, ſolitos Dea candida vultus.
Forte tegit, variaq. ducem ſub imagine celat,
Me quoq. mutatum, cui quondam inuerſa manebat
Vrnaq. cæruleæq. comæ agnouiſſe negabit.
Dixit; at extemplo ſyluarum in limine primo
Deſilit igne rubens gelido ferus anguis ab antro,
Lubricus ille vagum corpus fulgoribus effert,
Intorta ceruice fremens, quam torua ſupernè
Criſta venenifero circum redimitur amictu,
Verùm vbi cæruleas Lyguris tuba perculit auras,
Impiger exeſo ſyluæ ſe ſe abdit in antro,
Inſcriptumq. ſecat vario curuamine campum.
Ecce ferox mouet arma leo, iactatq. comantes
Impexa ceruice thoros, per colla per armos

In-

Digitized by Google

*Intortam exercens caudam, ventoſq. laceſſit.*
*Et pede diſperſa ad bellum præludit arena.*
*Verùm vti nimboſam per nubem eiecta ſonoris*
*Cornibus haſta fugit, ſic primùm vt buccina cãtus*
*Explicat, aſſuetos cautis redit ictus ad arcus.*
*Pergit ouans inuicta phalanx, & limine cernens*
*Argenti radiare fores, ea tecta ſubintrat.*
*Atq. ibi magna ſali fulgens erat axis imago,*
*Cærulaq. horriſono ſpumabant æquora fluctu,*
*Et circum incurui rutilo Delphines in auro*
*Præcipites de more rotas, ludumq. mouebant.*
*Aeneadum turmas illic, atq. Actia Regum*
*Prælia cernere erat, facibuſq. ardere coruſcis*
*Vndiq. Leucaten, liquidaſq effulgere ſedes,*
*Hic ferus Auſonios ad perfida bella maniplos*
*Auguſtus componit ouans, patriæq. Penates*
*Euehit agmen agens, igneſq. huic lucida ſacros*
*Caſſidis æra ferunt, & amico ſydere fulgent.*
*At rapidè, & ventis, pelagoq. Agrippa ſecundo*
*Enſibus armatas longo mouet ordine pinos,*
*Quē circum effulgens (bellorum inſigne ſuperbũ)*
*Tempora roſtratum ferro diadema coronat.*
*Inde ope Memphitica, medijſq. interritus armis,*
*Secum Bactra vehens, victiſq. Antonius Indis,*
*Fulgurat, & populos Orientis, & vltima Nili*
*Regna mouet, Pharijq. fremit Cleopatra Canopi.*
*Hinc, atq. hinc magno ſtridentibus ęquore roſtris*
*Corruere infractis ingentia robora remis*

Aſpiceres, properare rates, pelagoq. reuulſas
Cycladas, & rupes concurrere rupibus altas,
Tanta mole ruunt aduerſo remige puppes.
At properé Oceano ventis caua vela ſecundis
Reginam, & tortos iam pridem exoluere funes.
Ardentemq. animis, iraq, & amore frementem
Cernere Dardanium, gentes dare terga Sabæis,
Niliacamq. aciem, Phariæq. in vela uocatos
Ferre per Egeum fugientia carbaſa ventos.
Parte alia immixtus famulis Alchmenius Hæros,
Quem non mille feræ, nec totis regia Iuno
Artibus edomuit, ſerieſue immenſa laborum,
Nunc poſitis ſedet exuuijs, humiliſq. capillos
Circum mitrha premit, quos populus alta tegebat.
Inde Cleonæi (metuendum inſigne) leonis
Onfale fluentes humeris imponit amictus.
Ridet Amor cernens, calathoſq., & mollia penſa
Magnanimum Alcidem, medijſq. hinc inde puellis,
Tractare, & Nymphas viſo obmuteſcere vultu.
Talia mirantur proceres, & liminis arcum
Linquentes ſecreta petunt, vbi roſcida flores
Fert humus, & roſeis rubuere roſaria plantis.
Nec procul halantes ſpargunt operoſa per herbas
Quattuor irriguos rorantia marmora fontes.
Primus in æquoreis terrarum interritus vndis
Fundamenta quatit, magnoq. effuſa tridenti
Neptunus vada ſalſa pluit, circum ordine longo
Squamiferiq. rotis adſtant, fremituq. canoro

Iro-

Irrorant pluuias conchis Tritones aquoſas.
Proxima in exeſo proles Babilonica ſaxo,
Pyramus, & Thiſbe, pallentia vultibus ora
Implicat, & iuncto metuendæ cuſpidis ictu
Fundit Echyonios ab hianti vulnere ſuccos.
Tertia gramineis puerum Cyllenida lymphis,
Et Driadē capit vrna ſuis, rapit oſcula Salmax,
Pugnantemq. vadis fruſtra, elabiq. volentem
Cōprimit. at geminos ſupra cadit vnda reuinctos.
Vltimus incuruum frænat Delphina Palæmon,
Vndarumq. comis pluuia crepitante ſonora,
Expuit humidulis cryſtalla humentia labris.
Sanguineæq. hinc inde roſæ, & vaccinia nigris
Exurgunt oneroſa comis, Hyacinthus in herbis
Emicat, & tenui vultum ferrugine pingit,
Tu quoq. purpureis ſaturata coloribus ora
Pandis Adon, crineſq. vagos, viridemq. iuuētam
Inuidus inſolita cortex ſub imagine celat,
Cingula quæ tantis ardent adamantibus auro
Hæroes cinctura feros? quæ ditia tantùm
Innumeros radiant aulæa epota colores?
Non ita diuiduas ales Iunonia pennas
Explicat, aut illas arcu ſimulante, ſonorùm
Præcipitans, veſtitur hyems, cum lucida curuo
Tramite nimbiferas ſcindit Taumantia nubes.
Nata fretis abies, nec frondibus Eſculus altis
Quercus amica Ioui, teliſq. accomoda cornus,
Æternùmq. virens buxus, nec Apollinis arbos

Aut

Digitized by Google

Aut ilex frondoſa deeſt, hinc alta cupreſſus
Tollitur, hinc viridi crinita cacumine myrtus,
Flexibileſq. virent hederæ, atq. incurua racemis
Vxor in explicitis vlmi rapit oſcula giris.
Huc igitur perducta phalanx, videt ecce choreas
Ducere Amadriades, quarum Praſithea coronis
Cingitur Etruſcos Tyrrheni amplexa lacertos.
Ipſa quoq. intrepidos gemmata monilia circum
Ferre ſinus, ſparſoq. iubens componere crines;
Nunc Tyrshos tractare docet, modo dulcia nota
Tangere fila liræ, & veterum memorare per orbē
Imperat immenſum iuuenilia furta Deorum.
Iamq. ab Erythreis rapido rubicunda volatu
Exiliens Aurora plagis, oſtenderat aureas
Magnanimis hinc inde fores, adytuſq. docebat.
Cum Lygur vndiſono Laurens comitatus amico
Improuiſus adeſt, inopinaq. munera defert
Ceu ſedem hoſpitij quærat, requiemq. precetur.
Tunc Driadas quas ſexus agit, caua tēpora victis
Accingunt, mitriſq. tegunt, procul horrida magni
Arma Ducis, galeæq. tremunt inſigne decorum.
xāder Verùm vbi terrifici feruens Tyrrhena virago
Aſpicit ardentem clypei fulgoribus orbem,
Ingenteſq. iubas capitis, Lyciamq. pharetram;
Dentibus infremuit, flauenteſq. ore ſuperbo
Surrexere comæ, & ſpirant procul ora furorem.
Ac velut arcanis nemorum leo raptus ab antris,
Vt didicit timuiſse minas, pectiq. comantes

Deie-

Digitized by Google

*Deiecta ceruice thoros & comprimit iras;*
*Si tamen educto mil s contra aſſtitit enſe,*
*Tunc puduit metuiſſe manus, generoſaq. turpi*
*Subdere colla iugo. & rigidas tolerare catenas.*
*Sic vbi magnanimos ferri lux horrida vultus*
*Prodidit. & rutilo cultum proſpexit in auro*
*Erubet infrendens, dictis ſuper vrget amaris*
*Armiger Heſperius, formoſoq. ore profatur:*
*Scimus ait, tu ne ille ferox, quem ſæua iuuentus* Laurens.
*Subſtinet Aeneadum, Syriæq. inimica ſuperbi*
*Mœnibus impulſis pridem pauet aula Tyranni?*
*Scimus ait, magni tu ne ille Aemonis alumnus*
*Quem rigidæ tremuere feræ, quaſcumq. rapaces* Fluuius in corſica
*Aluit arcanis ingens Calenus in antris?*
*Te ne ita magnanimũ, quẽ Diuûm oracula norũt*
*Vaſtatorem Aſiæ, quem corpora functa tuorum*
*Semiſepulta virûm nigranti examine poſcunt,*
*Improba fœmineo mulier celauit amictu?*
*Eia age rumpe moras, diri ſine tecta Tyranni,*
*Pulſaq. Dardaniјs cedant tibi mœnia dextris.*
*Dixit, & incuruo liquidum quatit æthera cornu,*
*Infremuitq. ſolum, fremitumq. arenoſa profundi*
*Ora maris late, & circum nemora alta dederunt.*
*Iamq. & Amadriadum, laſciuarumq. coronis*
*Deſilit abiectis Driadum chorus omnis, & illi*
*Vndiq. virgineæ ceciderunt pectore veſtes.*
*Non ebur incluſum terebintho, aut lilia fulgent*
*Cana, ita nec ſocias inter Cytherea ſorores,*

Ful-

Fulgurat, vt media Rex imperterritus arce:
Tecta domus thalamiq. tremunt, ea pulſa canenti
Aere repercuſsas paulatim euadit in auras.
Agmen Auernæi circum infernale Barathri
Titana inficiens vaga velat nubibus aſtra,
Mæſtū, et adhuc trepidat, tonitruq. indicta ſonoro
Proterit balantes grando implacabilis herbas.
Nunc tibi Amadriadū longè ò pulcherrima, ſēſus
Qualis erat? dum flare Notos, totamq videres
Corruere ante oculos Lyguris clangoribus arcem?
Sæuis inops animi, & Regem incomitata ferocem
Accelerare vides, mediumq. agitata per aruum
Perfuris, emotum furijs vt Penthea Thebe
Vidit Agenoridē, geminoſq. hunc cernere Soles;
Aut Agamemnonides non dū purgatus Oreſtes,
Vt circum adſtantes teda, & ſerpentibus atras
Pertulit Eumenides, donec ſe ad Taurica ſacra
Sterneret, atq. pias adoleret odoribus aras.
His tamen Eutridem lachrymis affatur obortis.
Nec meus vrget amor? nec te tua fluctibus vxor,
Vxor in æquoreis ponti moritura retardat?
Quin magis hyberno tortos de puppe rudentes
Tempore ſoluis aquis, motūq. Aquilonibus æquor
Tangere, & Aeolijs properas dare carbaſa velis?
Me? mea regna fugis? per ego te hos improbe fletus,
Si benè virginei rapto mihi floris honore
Quid tecum emerui, crudelem hanc exue mentem;
Non ego connubium repeto, quod perfide prodis,

Nec

*Nec belli vt careas palma, Syriaq tropheis.*
*I damus, i quare Auſonios, Hebræaq forti*
*Diſijce tecta manu, teq his tandem eripe terris,*
*Sed rapidam cohibere fugam, da munus amanti*
*Hoc precor extremum, donec mihi paruulus arce*
*Ludat Alexander, nec longùm abiecta relinquar.*
*Dixerat, aſt illi Princeps iam certus eundi*
*Talia puppe refert, fatum ò Regina querelis*
*Obſiſtit, Zephyriq ſalum quatit aura ſecundi,*
*Littora tuta ſilent, nec nunc Borealibus æquor*
*Inſidijs vt rere fremit, ſonituq. minaci*
*Euehit emotas circum implacabile ſedes,*
*Me mea Tyrrheidũ reuocant inhumata ſepulchris*
*Corpora multa virùm, quotieſq. nigrantibus alis*
*Nox operit terras, rapidoq. argentea Solis*
*Vecta ſuper bigas alto nitet Aemula curru,*
*Dilectas turbare acies, properare citatis*
*Aeneadum ſuper ora rotis, agitare fugaces*
*Cuſpide, & Italicis ferrum obiectare maniplis*
*Amphicreonta reor. tu me hoc incendere luctu*
*Deſine, & his longùm puppim retinere ſub oris.*
*Talia iactantis iampridem ignita pererrat*
*Lumine mẽbra viri, rabiemq. his vocibus effert.*
*Nec tibi Nympha parẽs, nec te viridãtibus Ar-*
*Progenuit ripis, ſed te Marathonida teſqua, (nus*
*Hyrcanæq. aluere cauæ, tibi dura Nyphatis*
*Culmina, & excelſi luſtra arriſere Taburni.*
*Nec Venus, aut ſuperi ſydus cæleſte Tonantis*

Digitized by Google

Affulſere tibi, lauit te horrentibus Orci
Alecto in medijs, monſtrum exitiabile, lymphis.
I repete æquoreas pelagi fera regna per vndas,
Credo equidem terras ſi quid pia numina curant,
Syrtibus hauſturum pœnas, & voce relictam
Sæpius horriſonis dicturum in fluctibus: illic
Proſequar Inferni defuncta rapacibus antri
Ignibus, & pelago pœnas cum morte repoſcam.
Dixit, at ex oculis languens ſe aduertit, & auras
Exanimis, ac multa gemens collapſa reliquit.
Interea natat vncta ratis, penituſq. propinquis
Abripitur ſcopulis, altúmq. exurgere nubes
Incipit, & ponto Minois ſeſe abdere tellus.
At primum æquoreis vt Nympha excedere ripis
Robora tuta videt, laceroſq. hinc inde rudentes,
Talibus infremuit dictis: Pro, Iuppiter hibit
Perfidus, & notas euaſerit improbus arces;
Atq. ego non rigidis immania pectora vinclis
Detinui, atq. animam potui hac exoluere dextra?
Nec mare per medium proſtrata ex arce fugacem
Agmina diripient? date vela, incendite flammis
Carbaſa dira pijs, hoſtemq. abolete ſuperbum,
At quid ego hæc mecũ? quæ hanc nũc inſania tor-
Infœlicẽ animam? me me his exoluite pœnis (quet
Cælicolum, Phorciq. Duces, ſecumq. profundo
Italus ignotos, ſecum ferat æquore manes,
Cur prohibent nunc fata mori, oppugnare negabũt
Forte ratem, & toto puppi me opponere ponto?

*Ibo tamen, numenq. ſacrum, curruſq. citatos*
*Aequorei complexa Iouis, perq. humida regna,* Neptunũ.
*Oceanumq. patrem, proſtrata attollere poſcam*
*Vnam hyemem, pontiq. domos agitare quietas.*
*Dixit, & extemplo regem procul ecce profundũ*
*Accelerare videt, circumq. infràq. rapaces*
*Pone natant, ſedeſq. ſecant Delphines aquoſas;*
*Cernit, & ò magni numen venerabile regni,*
*Cernis, vt æquato terrarum crimina ponto*
*Incedant, ſedeſq. ſali temerare verendas*
*Auſa meent; ex quo diues ratis vna rapinis,*
*Intacti vada ſalſa freti Pagaſæa reuulſit?*
*Tu precor Heſperiam fluctu pater obrue pinum,*
*Aut pelagus permitte cauum, neu perfida muros*
*Dextra, & Orontæas quatiat furibunda phalanges.*
*Talibus orabat lachrymans cum Rector aquarum*
*Excipit; interea ſalſos de pectore fluctus*
*Aequorei ſparguntq. greges fremituq. ſonoro*
*Recta pedum curuis delent veſtigia caudis.*
*Ne pete præcipitis fruſtra ratis humida remos*
*Mergere Nympha ſalo: magni ratus ordo Tonantis*
*Obruere Hebræas flammarum turbine ſedes.*
*Me quoq. ab aduerſa cœli vagus aliger arce*
*Iuſſit ad Infernas Orci remeare paludes,*
*Et nunc antra peto, verùm nec multa dolebis,*
*Cum Lygur acceptum ſpumanti ſanguine ferrum*
*Imbuet, & rigidas vultu ſuperibit arenas*
*Dixit, at illa graui pectus concuſſa dolore,*



Digitized by Google

Quæ liquidã turbare domũ & fera bella parabat,
Mergitur in medijs acclini vertice lymphis.
Interea aduerſus deſerta ad littora vultus
Voluit Alexander, veteriq. abſumptus amore
Ardet, at hunc placidis aggreſſus flectere verbis
Arnus, adhuc ficto ore latens, hæc voce profatur,
Nunc age Tyrrhenæ Regum generoſa propago
Telluris magnumq. patrem, primamq. ferocis
Indolis ede viam. per tot diſcrimina ponti
Hoc pretium ſit ferre vias, & Oaxides vndas,
Ac labyrinthæos tetigiſſe rudentibus orbes,
Neu tedeat tua facta loqui, verùm ille coactus,
Incipit (interea pleno ſubit æquora velo
Alnus, & inflexis ſpumant vada cærula remis)
Candida Lyriope Driadum haud ſpernanda ſororũ
Quà vagus humectat redolentia cornibus arua
Arnus, & algentes magno pluit ore pruinas,
Hic vbi rura Ceres, & amica fronde reuinctus
Muneribus mea regna ſuis Liber ornat, & uuis,
Me dedit, & mecum armigeram eſt enixa ſororẽ.
Me pater Eutreus, cui, ſacrum inſigne, verendo
Cecropias vmbonis Apes clypei extulit orbe,
Me pater auriferas Cyrnorum ad littora pino
Iuſſit adire domos, Aemon vbi ſemina vaſto,
Quærere virtutis docuit me primus in antro,
At mihi prima Ceres, metuendæ tigridis armus
Cæpit, & exanimum ſanguis Liber eſſe leonum;
Inde gerens arcum, ſyluæ per inhoſpita ſecum
Teſ-

*Teſqua leui properare gradu, rapidiſq. iubebat*
*Tela inferre feris, nec rapta furentibus vndis*
*Saxa nec horriſoni trepidare volumina cornu,*
*Nec mihi Phœbus adhuc bis ſena euoluerat orbe*
*Tempora, nec totidem terris deaurarat ariſtas;*
*Cum volucres ſuperare manu, ac præuertere ceruos*
*Edocuit, calamoſq ſequi, & præmiſſa feroci*
*Saxa manu. aut flexæ iactu Balearis habenæ.*
*Sæpius, & bruma concretas fluminis vndas*
*Ire ſuper, glaciemq. pedum haud vexare volatu*
*Iuſſit & arborei nemoroſo in vertice montis*
*Me rapido properare videns per gramina paſſu,*
*Oſcula dulce ferens, me mè in ſua colla leuabat.*
*Vt verùm intrepidæ roſeis mihi ſigna iuuentæ*
*Irrepſere genis forteſq. adoleuimus annos,*
*Nuſquam ille arborei per opaca ſilentia regni,*
*Aut refugas agitare feras, aut perdere Lynces,*
*Aut iaculo imbelles paſſus me inſternere ceruos;*
*At procul informes in opacis cautibus Vrſos*
*Setigeroſq. ſues & pictas tergore tigres*
*Juſſit adire cauis, mediĳſq. occurrere ſyluis:*
*Ille iacens gelidæ reditum expectabat ab arcu*
*Rupis, & extinctas telorum turbine beluas;*
*Sæpe etiam & notis dum me diſcedere ab antris*
*Audĳt, immanes dixit, mihi ſæpe queruntur,*
*(Vnde puer ſtrictos capiti tibi contuor enſes)*
*Nubigenæ raptoſq greges, armentaq. clauſtris*
*Coram erepta ſuis fluuĳſq. aruoq fugari.*

M Iamq.

*Iamq. & ad armiferos inimica in bella tumultus*
*Ardebam nec torua meos diri ora Gradiui*
*Præcipites tenuere gradus, at Peones arcu*
*Quo fera tela rotent didici, quoq. impete cæſtus*
*Sarmata contendat, iaculiſq. haſtiſq. Gelonus,*
*Et tandem vt rigidos montis Balearicus artus*
*Torqueat, inflexæ iactu glomerator habenæ.*
*Nunc docet Oebalio tranſmittere flumina diſco;*
*Nunc quo more Cydon, queis imperet artibus axi*
*Belliger Armeniæ peditemq iugalibus vrget*
*Currentes cohibere rotas, properabat ab antro*
*Aſsiduis metuendus aquis, glacieq ſoluta*
*Celenus, diuulſa thraens magalia cornu,*
*Cum me illi iniectum quæ ſæuior influit amnis,*
*In mare marmoreum, bibulaſq. attollit arenas,*
*Ire iubet, rapidaſq. manu tranare procellas,*
*Nec me equidem referebat aquis uiolentior aluei*
*Impetus horrificis. cum deſuper ille minaci*
*Turbidus aſpectu, dictiſq. vrgebat amaris,*
*Nec tantùm elatos torquere in nubila diſcos,*
*Aut procul horribili quercus iaculare volatu,*
*Ludus erat requies mihi, verùm aurea dulcis*
*Tangere fila liræ, & cantus memorare ſolebat,*
*Dixerat Eutrides, Zephyriſq. impulſa ſecundis*
*Ibat ouans, campoſq ratis ſalis ære ſecabat,*
*Cum vaga Nereidum coetu comitata ſuarum*
*Mater adeſt puppimq. tenens ad fumida Lemnos*
*Antra mouet, læuaq. vagam interremigat vndam;*

*Iamq.*

Iamq. premunt ripaſq ſali, ſedeſq. uerendas.
Horrentemq. domum, & Cyclopea tecta ſubintrãt.
Atq vbi ſulphureum dictis Dea candida Regem
Mulſit, & arma cauis nati exercere ſub antris
Impoſuit, nigramq domum, & Vulcania tecta.
Aſpiciunt quà parte ſedet diui orbita currus,
Eraq. Trebicij fulgent radioſa Tyranni,
Aegidaq horrificam, clypeiq. inſigne tremendum
Pallados & ſontes metuendæ Gorgonis hydros,
Ingentemq. tubam famæ, ingenteſq. catenas
Queis ferus Aeolijs Boream pater implicat antris
Et pharetræ mirantur opes, & Apollinis arcus.
Ipſe atros agit ore focos, ipſe horrida flammis
Fulgura conuectit, ſetis procul hiſpida tollunt
Brachia. Bronteſq. Steropeſq. altuſq Pyracmon.
Parte alia vultuſq. Ducum, & ſimulachra uirorũ
Argento cælata micant: rubicunda fugaci
Arua rigat, vaſtoq. Arnus petit æquora cornu,
Torrentes prior ante alios: procul inde feroci
Romuleam armatis vrbem oppugnare maniplis
Nititur, & victis in Martia regna Latinis
Etruſcos Porſenna rapit, Regemq. verendum
Aſpiciunt vſta rabiem deponere dextra.
Pallantemq. vident, Euandriq. Arcadis vmbrã,
Extremoſq. ex inde Duces, Sacrumq. Leonem,
Præcipitum fœcunda Padi cohibere furentem
Gallorum per rura facem, ac lenire loquendo.
Ibat eum circum cingens caua tempora vittis

 Agmen

*Agmen Apollineum, laurùq oſtroq decora*
*Numina Caſtalidum. Hippocreneæq phalanges,*
*Tu quoq dulcis olor frōdoſa in vertice LAVRVS,*
*Eternùm aſſuetas mulces concentibus Auras.*
*O nimium infœlix vrgent te horrentia ſæui*
*Tela Cythereidis, nec quæ fera fulmina linquunt*
*Tempora, nec frondes Phœbo venerantur amicas.*
*Hūc ſuper ante alios Lygurū ſtirps inclyta Regū*
*Cybus adeſt ſacris Medicorum interſita ramis,*
*Illa, triumphales Capitolia ſumma phalanges*
*Dum iaculis compreſſa tenent, dumq. Aelia moles*
*Perſonat enſiferis bellantum oppreſſa cateruis,*
*Illa per Aemiliam populis dum nata repente eſt*
*Seditio, ſæuitq. ira implacabile vulgus,*
*Præcipiteſq. ad furta manus animoſq. rebelles*
*Comprimit eloquio, furibundaq. pectora mulcet.*
*Tu quoq terrifica manifeſtus in ægide noſci*
*Arbiter Italiæ Senarum in mœnia turmas*
*Coſme rapis, ſceptrumq auges, ditemq coronam.*
*Nec te ibi magnanimū cui cētū infracta coronant*
*Roſtra domos, quem terra pauet Nabathæa Tyrāni*
*Nec te ibi deſtituunt, quondam tibi tempora cinxit*
*Corpora, & Oebaliæ micuerunt corpore veſtes,*
*Nunc ferus armatos Fernande ad bella maniplos*
*Torua moues, vt pace potens, ita maximus armis,*
*Verùm vti frondentes inter virgulta cupreſſi*
*Attollunt ſuperis impexa cacumina campis;*
*Muricis æquorei ſaturo rubicundus amictu,*

Sic

Digitized by Google

*Sic nitet & Reges inter caput extulit omnes,*
*Vrbanus, quem teſqua pauent Acherontis opaci,*
*Quiq. Herebi clauemq. tenet bipatentis Olympi,*
*Et ſolet Auſoniæ Latijſq. imponere leges,*
*Ipſe triumphali ſoluens in prælia cantu*
*Cecropias vmbonis Apes, vbi candida curru*
*Surgit ab Auroræ populis lux alma diei,*
*Imperium ſine fine reget, vinctumq. catenis*
*Regnatorem Aſiæ Capitolia celſa videbunt.*
*Tu princeps tu ſolus eris, qui Barbara tanges*
*Sceptra manu et fractis Turcarum Oenotria remis*
*Salſa teges, iunctiſq hominum celebrabere linguis,*
*Tu Princeps, tu Solus eris date lilia Nymphæ*
*Purpureas perhibete roſas, date roſcida ſerta,*
*Et Regem illuſtri cælent Cyclopes in auro.*
*Tu verùm Oebalio caput inſignite galero*
*Magne nepos, quē teſqua colūt, cui fumida Lemnos*
*Atria ſubſidunt, proculò procul aſpera voluas*
*Fulmina Gradiui pulſaſq. minacibus armis*
*Heſperiæ defende domos, & candida montis*
*Culmina Oliuiferi radijs tueare ſecundis,*
*Viue precor, licet ignipedum moderator equorum*
*Gaudeat aſſuetos cælo tibi tradere currus,*
*Et partem Empyrei cedat tibi Iuppiter æquam,*
*Viue precor, meritas tardè accepturus habenas*
*Orbis, vbi æterno Diuos augebit Olympo*
*Patruus, accipietq. precem, aſſueſcetq. vocari.*
*Se quoq. principibus permixtum agnoſcit amicis*



Digitized by Google

*Armiger Eutrides, nigroq. effuſus ab antro*
*Arma capit puppiq. Syras adlabitur oras.*
*Interea ancipiti Solymas peruoluitur vrbes*
*Fama gradu properare Ducem, cui pulſa minaci*
*Abbramidũ fera caſtra manu, iaculiſq. tremiſcãt.*
*Audit ouans Cæſar, culpæq. oblitus, & iræ*
*Nunc ſibi nutantes ſub amica cuſpide muros*
*Proſpicit, & ſceptri ſpem feruidus haurit eburni.*
*Abnuit ille tamen reuocare in prælia dextram,*
*Donec in Aetneis enſem ferat igneus antris*
*Mulciber, & lentam nouies Acherontis aduſti*
*Intermittat aquam, & nigranti flumine mergat;*
*Iamq. propinquabant caſtris, fremituq. canoro*
*Audierant notas Teribinthi in vallibus iras,*
*Cum procul horrificis Laurenis dare terga ſagittas*
*Aſpicit Italides, & acuti fulminis inſtar*
*Ingruere Hebræas iaculorum turbine quercus.*
*Protinus aſſuetos humeris deponit amictus,*
*Orbe nitens clypei, Tyrrheniſq. arduus armis,*
*Vt ſaltem Aeneades, furibunda in prælia dextras*
*Excitet, & dictis animi rapiantur amaris.*
*Ac velut ad terras abruptis nubibus imber*
*Cum ruit, & crebris altum tonat ignibus æther,*
*Montibus, & ſyluis horrent haud inſcia longè*
*Corda virũm, ſegeteſq. vagas per inania venti*
*Regna cient, iriſq. fremit Borealibus æquor,*
*Sic vbicumq. viam ferro ſecat, agmina cedunt,*
*Oraq. præcipitum pallent agitata virorum,*

Digitized by Google

*Ille autem horrifico miſcens noua murmura cornu,*
*Quis timor Aeneadæ? per vos & Martia belli*
*Factaq. ſpemq. meam, & diri pauida ora Tyranni,*
*Ancipites cohibete fugas, reſeranda per hoſtes*
*Eſt via. quà globus ille hominũ ſupereminet ingẽs,*
*Nec nobis metuenda ſacri fera tela Tonantis,*
*Tot calami, totidemq. manus; totidemq. pharetras,*
*Et totidem Lycios humeris ſuſpendimus arcus.*
*Turbidus æquoreis ambit caua littora circum*
*Pontus aquis, magnoq. premit nos obiice fluctus.*
*Non ſuperi ſpem terra fugæ; aut victoria prædis,*
*Aut pulchrũ, intrepidũq. mori decorabit abactos*
*Laude dies nec cæde reor moriemur inulta.*
*Dixit & in medios ruit imperterritus hoſtes,*
*Quo prior Eurtali galeam minitantiaq. ora*
*Impete tranſadigit. permixtos ſanguine dentes*
*Ipſe vomit, ſummaq. diem cum voce relinquit:*
*Sic vbi ſæua fores Danaorum incendia Scæas.*
*Corriperent flammiſq. domos radiantibus altas*
*Mulciber ignipotens. ſic telo excuſſa triſulco*
*Horruit æquoreum proles Priameia Regem,*
*Tres ſimul ipſe Syros inimica extendit arenæ*
*Poſt iuuenem iuuenes, Ioppeo è littore Xerſen,*
*Bethlemicumq. Pylen, Azotycumq. Cayſmen,*
*Huius in obliquo feruens rubet inguine ferrum,*
*Iſtius haſta tremens inimico in pectore ſiſtit,*
*Poſtremi rabida ora ſecans; ſopor ocupat artus,*
*Mortalis ſopor, exanimes; Xerſenq. ſuperbum,*

Acclinatq Pylen; rabidiq. Cayſtrus Auerni
Fertur ad infernas per opaca ſilentia ſedes.
Nec te ibi formoſæ iuuenum ò pulcherrime, frontis
Caſmirides defendit honos, ſubit Itala namque
Haſta ſinum, tepidoq calens in vulnere cuſpis
Implet purpureis albentia pectora riuis.
Parte alia inſignis iaculis Theopiſtus, & arcu
Fulgurat in Solymos, & lumine fuluus aheno,
Territat enſiferas ferrata caſside turmas.
Qualiter arborea veniens Centaurus ab Oeta
Deſilit in valles nemoroſaq. regna tremiſcunt,
Illum ſtagna pauent, illum ſtabula alta ferarum
Horreſcunt, quercuſq altæ ut virgulta tremiſcunt;
Vna ingens virgo, plauſtriq. agitator amici
Arduus Hyppomedon, vna omnis Dardana pubes,
Ipſe venenifero torquens haſtilia cornu
Sanguineaſq ſoli glebas, loca putrida curru
Cōprimit, & pauidas rupto fugat ordinea turmas.
Ecce autem inſignes comperta cæde ſuorum
Pyndarus, & Pelias Phœnici Aſſarace nati
Quercubus accurrunt patrijs, & montibus æqui;
Et nunc tela manu v brant, modò turbida cornu
Spicula, & infeſtum funda Balearide plumbum,
Laurens. At Lygur intrepidū poſt quā ferit Atydis, Atym
Percutit & belli Peliam ſudore madentem:
Dira recuruatis contorta phalarica neruis
Præcipitiq. Noto, lapſiſq. citatior aſtris,
Ingentem horrifici clypeum, & thoraca Gigantis
Tranſ-

*Tranſadigit, tremefacta cadunt ſæu ora rebellis*
*Et gemit horrendis tellus agitata ſub armis.*
*Qualis vbi arboreum collis latus horrida traxit*
*Turbine hyem, duxitq. iugis longæua vetuſtas*
*In mare marmoreum, nigræ attolluntur arenæ,*
*Elatiq. tegunt ſcopuloſa cacumina fluctus,*
*Aut ita compreſſas metuendo tergore glebas,*
*Toruus adhuc viſu, celſa Polyphemus in Aetna*
*Perculit infrendens, & amici luminis expers*
*Miſcuit horrentes lacrymarum in ſanguine riuos.*

FINIS LIBRI SEPTIMI.

Digitized by Google

# EXPVGNATÆ HYERVSALEM

## LIBER OCTAVVS.

## ARGVMENTVM.

*Eruit aerios Solymæ ſtirps Dardana muros.*

*Et iam magnanimi dedignanteſq. coibant*
*Delecti Hæroes, & longum ignarus amicis,*
*Toruus Orontiades, ferro quæ funera turmis*
*Ille daret, vultuq. fremens ſubriſit amaro.*
*I repete Heſperiam, populiſq. imbellibus illic,*
*Dum ferus hic nobis vero riget enſe Gradiuus,*
*Ingere te, & Nymphis, quod ſi tibi funeris alti*
*Tanta ſitis, procerum dabimus tumulabere buſto.*



Digitized by Google

*Talibus inuehitur Lygurem, cui talia contra*
*Armiger Heſperiæ dictis grauioribus infit.*
*Quis nam adeo puer, vt veſtris obſtare tremiſcat*
*Frontibus, Italiæ genus, & fera ſemina Iani*
*Cernitis, æquoreas parui celerare per vndas,*
*Apenninicolaſq. aſſueti extinguere Tigres,*
*Adſumus, & noſtræ ferrũ, & rigida arma parẽtes*
*Exercent, veſtræ calathos, veſtræ oſtra nouercæ.*
*Acrius hoc Lygurem ferrata cuſpide Regem*
*Vrget Orontiades, penniſq. agitata citatis*
*Tranſigit aduerſam cornus furibunda papillam,*
*Viſcera pulſa rubent. fluuidoq. aſperſa cruore*
*Corda tepent, niueiq. ſinus, & candida multo*
*Flumine membra calent, ter colla erecta, quaterq.*
*Stare negant, omniq. nefas miſerabile campo,*
*Pallida purpureos veſtit noua gratia vultus.*
*Sic vbi nimboſis vernans madet imbribus hortus,*
*Languida coccineas lethæa papauera frondes*
*Impoſuere ſolo. pluuijſq. opreſſa grauantur,*
*Tunc ſuper incumbens Lygurẽ Syrus axe ſuperbus* **Amphi-**
*Imperat Aemonidem ferri mucrone coruſco* **creon.**
*Pallenteſq. genas, & pictos ſanguine crines*
*Truncare, ac gelidis thoraca educere membris.*
*Ille autem agminibus medijs, clamore minaci*
*Terribilem criſtis galeam oſtentabat, & haſtæ*
*Præfixum puerile caput, ſordeſq. capillos.*
*Inclitus hic Laurens, hic formidabilis Hæros*
*Triſtis Alexandri, propugnatorq. ſuperbæ.*

*He-*

Digitized by Google

Heſperiæ quem Creta pauet, Driadeſq. puellæ,
Et labyrinthæi turrita volumina Cyrci.
Ducitur interea curruſq. agitatur iniqui
Horridus ille rotis, cui nunc inimica frementi
Turba dedere viam, licet ora ingentia ferro,
Et modò terrificos diſcerpere dentibus armos;
Sic vbi magnanimum Maſsyla per arua leonem.
Paſtorum innumeræ iaculis ſtrauere phalanges,
Hæret humo, totumq. furens ſubit vndiq. vulgus,
Deſcerpitq iuba rigida in ceruice comantes,
Interea Eutrides, ad aquoſi littora fontis
Mulcebatq feras & amico carmine ſyluas,
Dũ viridis iuuat vmbra comæ, & præterfluit antè
Vnda vadi plectriq ſonos imitatur eburni.
Cum procul agnouit fremitum, & præfixa cruentę
Horruit ora trabi, notoſq. in acumine uiſus
Horruit. ecce datis procul hinc agitantur habenis
Primores Rutulum, rapidoq. examine currus
Arua ſinunt, putreſq. vorat grauis vngula glebas.
Tardus abit tardiſq. fremens tremefacta lupatis
Agmina, & armiferos reduci Theopiſtus amicos
Ordine Dardanij mouet ad tentoria valli.
Vnde chelyn iaciens, geminaſq. in ſydera palmas
Erigit, & tali lachrymas cum voce profudit.
Has ne tibi Auſonidum belli ò ſpes magna Quiritũ
Intrepide has ſolui grates, & præmia Laurens?
Quod labyrinthæos vndoſa rudentibus orbes
Per freta cõtigeris, noſtramq. ad prælia dextram.

Du-

*Duxeris, vt Solyma languens traherreris arena?*
*Iam vaga Tyndaridas, iam Thæſea fama tacebat,*
*Et Zethē & Calain, quæ heu te mihi perfida tela,*
*Quæue hominū rapuere manus? tibi turbidus haſta*
*Infremuit, lethumq. dedit Gradiuus iniqua.*
*Sic ait, & lachrymas agitata cadentibus vndis*
*Proſequitur Tyrrhena chelys lachrymātur et ānes*
*Et gemit Amphitome, Calliaq. Phillodoceq.*
*Niſiaq. & Driopes, Ioleſq. & candida Doris,*
*Talliope, Apſyrides, & Mellianira nitentes*
*Tergore fuſa comas, paulumq. his vocibus ingens*
*Hæſit Alexander, ſæuumq. in pectora ferrum*
*Aptabat; tenuere viri, & præſignis Amazon*
*Obiurgat, Martiſq. vices memorata coercet,*
*Ille autem infrendens, ite ò mea cominus, ite*
*Agmina, ferte faces, date tela, inuadite turmas;*
*Præcipitate moras, atq. hos mihi reddite manes,*
*Si qua manet pietas, aut me conſumite ferro.*
*Dixit, at intrepidi, quales diti agmine facto*
*Vnà Auſter. Boreaſq. ruunt, vnà imbrifer Eurus*
*Vndiq Oronteas ingenti examine turmas*
*Inuadunt, totoq. nitet ſeges ærea campo*
*Non tulit hanc Arni ſpeciem furialis Amazon;*
*Vt clypeum, vt bigas, vtq. ipſum corpus amici*
*Obiectas ſuperire ſoli proſpexit arenas,*
*Horrendoq. ciens telum immedicabile cornu*
*Vrget equos, et prima hominum inter millia tēdit.*
*Non tamen in medijs belli prior vlla ruinis*

Or-

*Ornus abit, rapuere viam per inane volantes*
*Armorum lapidumq globi,geminoq. virorum*
*Intrepidæ hinc, atq.hinc animæ periere furore ;*
*Enſe Neoptolemum,iaculatoremq. Medarſum*
*Tranſigit Aemonides,clypeoq.haſtaq. potitum*
*Percutit Aemonidē Phlegreus,Phlegreūq. Cya-*
*Fuderat Antylochū ferro temerarius Aetō,(neus;*
*Terrificam attollens fremebunda in caſtra ſecurim*
*Atq.illum auratis,vt denudaret Elyndus*
*Corporis exuuijs,tela inter,& arma trahebat,*
*Cum procul accliuem Latius latera alta tenentem*
*Calcodoontiades, cæſi ferus vltor amici*
*Proſpexit,ferrumq.manu exitiabile dextra*
*Torſit,& aduerſam terebrauit arundine coſtam ,*
*Ille autem emoriens morſu miſerabile corpus*
*Diripit Antylochi,tardaſq. vlciſcitur iras .*
*Hunc prope Camādrum cornu,nemora alta ferarū*
*Aſſuetum turbare ſono, & concurrere telis,*
*Caucaſei circum antra iugi, teſqua horrida circū*
*Pelion,& vaſti ſaxoſa cacumina Tauri ,*
*Italus Antemides haſta exanimauit acuta:*
*(Dira hominum fortuna) leas viridantibus aruis*
*Strauerat hic iaculo,ſyluiſq.fugarat opacis ;*
*At nunc ille iacens,humeroſq.& pectora latè*
*Sanguinis imbre rigat,dumq. his concurrere telis*
*Gaudet,Oronteas telo quatit ictus arenas .*
*At medijs admixta uiris fugat agmina ferro,*
*Vnum inſecta latus belli,præſignis Amazon ,*

*Et*

Digitized by Google

*Et modò Amazonia Solymorum membra ſecuri,*
*Nunc procul inciſas rotat inter nubila dextras.*
*Talis, vbi aut ſyluam, gracileſue intrauit ariſtas*
*Mulciber ignipotens, rapidis opera irrita flammis*
*Diſſoluit ſata læta ruens, hominumq. labores.*
*Interea Eutrides elato in vertice collis,*
*Vt ſibi Brontæam capiti imperterritus alto*
*Addiderat galeam, rutiloq. vmbone nitebat*
*Conſtitit, vt Rutulas exciret ad arma phalanges.*
*Aſt vbi terrificos artus, adamantaq. ſummæ*
*Caſſidis, & triplices clypei expirare fauillas,*
*Cernit Apes, vociſq. ſonum, ingenteſq. fragores*
*Percipit, icta fugit, iactiſq. agitata pharetris*
*Turba petit Solymos confuſo examine poſtes.*
*Interea ardentes vaſto Thetis humida fluctu*
*Accipit ignipedes, rapidumq. Hyperionis axem,*
*Nec mora præcipiti rutilos argentea curru*
*Diua ſubit campos, cuſtoſq. Erymanthidos vrſæ*
*Proſpicit obliquo medios temone Trionas,*
*Et Lyguris comitata feri nox atra pheretrum*
*Induit aſtriferas radianti Cyclade tedas.*
*Iamq. cruentatos nigranti ſanguine vultus*
*Turba ferunt, nudumq. armis, & fronte reſecta*
*Corpus habent, procul ingentes in vulnera viſus*
*Figit Alexander, vocemq. hanc pectore rumpit.*
*Cerno ait obnixi truncum caput impete ferri,*
*Cerno ait, et diro niſu membra icta ſecuris*
*Amphicreonteæ? dignus dignus iuſſa Quirinis*



Digitized by Google

*Dignus abes, Ditemq. petis, Regemq ſeuerum,*
*Elyſios augere choros, nec te inclyta Mater*
*Aſpiciet, regnare domi, aut imponere leges?*
*Nec mihi Orontiades properato funere pœnas*
*Vſq. dedit? rigido non ſi te ferreus agger*
*Ordine circumdet, nec ſi tibi numina, & ignes*
*Adſint & Stygij monſtra Infernalia regni*
*Effugies, hæc voce fremit, vocet aurea donec*
*Uxor ab Eois plauſtrum Tithonia campis,*
*Et vaga iam rapidi raucis Aurora profundi*
*Fluctibus exiliens, Solem rubicunda traheb at,*
*Cum bene purpureos radianti lumine colles*
*Imbuit orta dies, primoq. è littore currum*
*Attollunt Titanis æqui, tenebraſq. reſoluunt.*
*Cum procul Etnæis enſem Lyparæus ab antris*
*Mulciber attollens, magni ad tentoria paſſum*
*Mouit Alexandri, cinctumq. ardentibus armis*
*Talibus alloquitur, dictiſq. accendit amicis.*
*Sterne age Oronteas ferro imperterritè turbas*
*Sterne, & Idumeas aduerſi examinis alas,*
Laurens. *Quod tibi ſi Lygur occubuit, tamen horrida noſtros*
*Ora Syrum ingenti luctus minuere triumpho.*
*Et quoq. tempus erit, quo turba illuſtret auitas*
*Hæroum virtute domos, & murice crines*
*Ornet odoratos, Galliſq. Horatius ingens*
*Iura dabit populis, quos gurgite luſtrat aquoſo*
*Corniger Eridanus, ſecliſq excelſa futuris*
*Turba triplex ſaturas radianti murice veſtes.*

*Induet, & ſacro cinget rutila ora galero.*
*Tù quoq. terrificos inſtructo examine Belgas*
*Mars Lygur, & validas vultu imperterrite ſedes*
*Deicies, non feſſa tuis fama vna tryumphis*
*Sufficiet, centumq. horrendi corporis ora,*
*Aeraq. continuos reſonabunt flexa labores.*
*Dixit; at horrificum belli metuendus ab alto*
*Extulit Eutrides vibrata cuſpide ſignum,*
*Nec mora terrifico litui generoſa iuuentus*
*Vrget Oronteas cantu Tyrrhena phalanges*
*Aetrha nitet clypeis, illicq. annoſa coruſcat*
*Quercus, & immixtis fulget fera fraxinus ornis,*
*Cornipedeſq. tuba moti, & clangore iugales*
*Arma petũt, rigidaſq. terũt rabida ora cathenas,*
*Impatienſq. moræ putres fodit vngula glebas.*
*Iam ferus Hyppomedon, rapidis ſpumantia frena*
*Addit equis, iunctumq. arctis adamāta cathenis,*
*Atq. vti ſydereos cæli premit aureus orbes,*
*Terga Cydoniacis oneratus eburna ſagittis,*
*Phœbus, & æthereas vario fugat ordine beluas,*
*Talis Oronteas deterret acumine turbas*
*Enſis Alexander, Solimiſq. elabitur aruis,*
*Nec mora deiectis currũ Alcidamāta, pharetris,*
*Dum fugit, incurui telum irremeabile cornu*
*Trāſigit, & geminas hũero, atq. in pectora fauces*
*Deſinit, ac dubio caligant lumina Sole.*
*Hunc prope falcatis ibant medio agmine bigis*
*Demoleon, fraterq. Lycus, verum alter habenas,*

*Ille autem infœlix, extremùmq. ore recumbens,*
*Viſcera ſanguinea cordis tenet horrida dextra.*
*Ac velut informi limo turbantur aquoſi*
*Irriguæ cum fontis aquæ, fugit ima profundi*
*Iris, & innumeros celant, vaga ſaxa colores.*
*Langueſcit ſic frontis ebur, multoq. Hyacinthi*
*Ora ſinunt roſeos pallore oppreſſa rubores.*
*At procul armiferis Syriæ eiectata maniplis*
*Turba fugit Tuſciq. iubas quatit aura volantes*
*Cum Syrus æratis murorum in poſtibus Hæros*
*Horret Orontiades, rigidaq. interritus orno,*
*Suſtinet horrificas metuendi principis iras.*
*Qualis in arcani ſerpens ſquallentibus antri*
*Rupibus aſſurgit, corpuſq. immane reuoluens,*
*Erigit anguiferas pallenti vertice criſtas.*
*Nec mora magnanimus delato nomine Regis*
*Amphicreontei, fugientibus aggere turmis*
*Hæret Alexander, vibratamq. eminus haſtam*
*Tollit, & in medijs vultu fugat agmina campis.*
*Magnus vti arboreo pater Apenninus ad aſtra*
*Vertice conſurgit, Boreæq. frementibus auris*
*Spirat hyperboreas canenti vertice brumas.*
*Verùm vbi ſanguineæ patuerunt limina portę,*
*Toruus Orontiades vnà, atq Oenotrius Hæros*
*Inuadunt bellum clypeo, atq. ingentibus armis.*
*Ac velut, Oſsæi nemoroſo in vertice montis,*
*Cum ſimul indomiti miſcent ſe in vulnera Tauri,*
*Suſtinet omne pecus, quem circum arméta coronēt*



Digitized by Google

An ſidamanteæ telum exitiale pharetræ,
Cōſtitit intrepidus, ſpemq. igneus hauſit inanem.
Aſt vbi præcipites curſu, atq. in bella rigentes
Puluere cornipedes, plauſtriq. vndantia lora
Flexit Alexander (dictu miſerabile) mæſtis
Ora rigans lacrymis, celſa pater adſtitit arce,
Atq. vti ſetiferos amens vbi dentibus ira
Urget, & arrectis aduerſa in prælia ſetis
Suadet apros, arſere oculi lunataq. curuis
Morſibus ora mouent, ſeruatq. in montibus altis
Mænalis aſpiciens taciturna ſylentia paſtor.
Nō ſecus Amphicriō ferro, atq Oenotrius Heros
Incurrunt, crebriſq. ſonans gemit ictibus æther:
Emicat elatum dextra furibundus in enſem
Primus Orontiades, Vulcania feruidus arma
Mortali mucrone premens, ſed futilis illic
Cuſpis in attritis confracta effulget arenis.
Nec mora Tyrrhenus ferrum irremeabile torquēs
Metitus cunctantem oculis, vi tendit in hoſtem,
Fulgurat, & liquidas horrendū inter tremit auras
Haſta potens, clypeiq. orbes, & tergora Tauri
Præcipitata petit murali concita mole
Haud vnquā ſic ſaxa volant, nec fulgura magni
Deſcendunt iactata Iouis medium incidit axem
Pulſus Orontiades traiectiſq. ilibus hæret;
Conſurgunt contra Abrhamidæ, fremituq. ſonoro
Aeriæ valles circum, & iuga celſa reſultant.
Ille autem infrendens poſtremū hæc ora profatur.

*Labitur, ingentemq trahit reſecata ruinam.*
*Ipſe quoq innumeros horrenda in mœnia Manes*
*Iuppiter Infernus diro ciet ore, cruentis*
*Vultibus occurrunt, triſtiq hinc inde corona*
*Turribus aſſiſtunt patrijs, radioſq. ſuperni*
*Infecere globi & plecti ſera crimina gaudent.*
*Vrget Orontæum flamma Theopiſtus & armis*
*Tēplū auguſtū ingens, Parijs vbi fulta columnis*
*Cedrina gemmiferi luceſcunt atria tecti.*
*Namq. ibi confluerāt, mixti Tyrijq. Syriq.*
*Obſeſſumq aderat Rutulorum examine limen,*
*Contra autem excelſi frendens rutilantia templi*
*Aera, & odoratas iactant ſuper agmina cedros*
*Vulgus Orontæum, namq. his quando vltima norūt*
*Exitia, extremùm ſtatuunt concurrere telis.*
*Ecce domum circum ſerpit per inania vaſto*
*Regna gradu, & rutilos voluit flāma ignea gyros*
*Namq. ibi gnara doli ſoboles, aditumq trabeſq.*
*Porticus explerat vacuæ, ſyluaſq comantes*
*Sulphuraq. admiſcens ſcelerata, bitumen ahenis*
*Clauſerat arreptum flammis, vnde omnibus horror*
*Incidit Auſonijs, Italumq. exaſperat agmen*
*Deſperata ſalus multos remeare parantes*
*Mulciber aggreditur, multi autem ingētibus auſis*
*Prolapſi accelerant magnam inter uulnera mortē.*
*At pius intrepidos Cæſar iubet ipſe Latinos,*
*Auxilium properare ſuis, gelidiſq. mederi*
*Fontibus, armatas donec radioſa phalanges,*



Digitized by Google

Hic ſtetit armipotens Cæſar, dextraq. ſagittas,
Auſonidumq. vetans procedere longius iras,
Talibus alloquitur ſolymos auguſtior hoſtes.
Gens inimica Deum, cœliq. inuiſa maniplis,
Sic ne animo, exceſsit Regum & virtutis auitæ
Dardanidum? Latijs quã te Pompeius in armis
Edomuit? noſtriſq. etiam aduerſata reſiſtis?
An ne armis fiſa, & populo? quæ Barbara verum
Et tam ſepoſita eſt tellus, quæ ſubdita Titi
Neſciat imperium? vires ne, & corpora iactas?
Atqui ſæua ſubeſt ducibus Germannia noſtris.
An muri freta auxilio, tenuem ne profundi
Murum rere maris? quo late armata Britannus
Caſtraq. & imperium Latij fremebundus adorat?
Sed nimium indulſiſſe nocet, Bellantia nuſquam
Corda decet pietas, patriam permiſſimus olim
Abramidum ſeruere viam, & tributa Tonantis
Nomine ab Hebræis decerpere multa maniplis,
Scilicet, ut noſtris auro impinguata repente
Regibus arma pares, qualis, quem bruma iacentem
Occulerat campis late glacialibus hydrum,
Incolaq. excepit nemorum ferus inde reſurgit
Igne dato & ſpiris dextram rutilantibus vrget.
Venit, vt inſanos moneat pater inclytus hoſtes
Enſe Galileos, & quæ fera nutrit Idumæ
Agmina dilanians, credis furibunda pauentem,
Cui neſcis parere pio, me me vltima ferro
Bella recenſentem ſpernis, qui dira coercens

Spi-

Digitized by Google

*Iecit in æthereos nemoroſa cacumina campos*
*Vt verùm è thalamis erumpere ad alta ſuperbis.*
*Proſpicit aſtra faces mater Regina comantes,*
*Tunc ſibi traiectum metuendæ cuſpidis ictu*
*Amphicreonta putat, triſtiq. agitata dolore*
*Scandit Orontæi tectum lachrymabile muri:*
*At procul, heu miſeræ nimiùm agnoſcenda parẽti.*
*Membra per obiectas rapiũtur ab agmine glebas,*
*Illa autem laniata comas, faciemq. decoram,*
*Incipit, & totam replet plangoribus arcem,*
*Siccine te nate aſpicio? nec lumina mater*
*Preſſi, vbi Dardanias expleſti languidus iras?*
*Proh dolor, ò fatum, proh numquã audita Tonãti*
*Vota, præceſq. meæ? quò nunc tibi pulchra decori*
*Purpura ſeceſſit vultus aurumq. renidens*
*Verticis ambroſij? pallent duo ſydera Cœli,*
*Ornabant quæ frontis ebur, vultuq. ſereno*
*Aſpicies Sol torue necem, ingenteſq. ruinas?*
*Hæc vbi congemuit ſequor, ò ſequor vltima nate*
*Fata, ait. Infernæ vt tecum comes ire ſub vmbras*
*Antra domus mihi poſſe iuuet, ſic fata repente*
*Præcipitem è tectis traxit moritura ruinam.*
*Cum procul ætherijs cœlorum auditus in aſtris*
*Iurgia ferre Deo Solymorum horrenda Tyrãnus;*
*Cœlicolum fremuere chori, æternuſq. ſuperni*
*Arbiter Imperij, motis dedit ore verendo*
*Talia verba comis, quæ nam poſt prælia cœli,*
*Et maris æquorei conuerſum in fluctibus orbem,*

*Spes*

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

